

B. N. II, 134.

L. 34, 18.

X 1877941

II R
3460

DEO CLEMENTER ANNUENTE
Dissertationem Juris Publici

DE

JUDICIO ROT-
VVILENSI,

Vom

Kaysert: Hoff = Ge =
richt zu Rotweil/

PRÆSIDE

DN. ERICO MAURITIO

7Cto, & Facult. suæ Prof. Primario.

Publica eruditorum ensura

submittit

HENRICUS Otterstedt/

Die 20. Octobris horis matut.

In Auditorio ICtorum.



KILONI,

TYPIS JOACHIMI REUMANNI ACAD. TYPOGR.

1.

1. G. C. 9.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)



PRÆFATIO.

PRudenter celeberrimus Ictus David Mævius supremi Dicasterii Wismariensis Vice Præses in *Dedicatione Commentarii in Ius Lubecense, Nata, ait, & destinata Vita Civili Juris prudentia, frustra & præposterè imò perniciosè colitur, cum ad Scholam magis & opiniones, quam vitam & praxin, hominum Naturæ & ingeniis congruam aptatur.* Nec aliter ferè ipse Imperator, proœmio Institutionum §. 3. operam dandam LL. Studiosis, monet, ut *tam aures, quam animi ipsorum nihil inutile, nihilque perperam positum, sed quod in ipsis rerum argumentis obtineat,* accipiant. Fecit ea res, ut dum differendi argumentum quod hodieque usum habeat dispicio, mecumque perpendo *Judicii Rothwillensis* non exiguam in magna Germaniæ parte esse authoritatem, nec tamen quicquam exacti de eo literis hæctenus proditum extare, ut animum inducerem, theses nonnullas de amplissimo illo Dicasterio in chartam conjicere: quæ si tibi non ubique se probaverint, *Amice Lector,* scias inter negotia alia, & itineris curam, temporis mihi, quod illis conscribendis impendere potuerim, non nimium superfuisse: quod sane legitimæ, ut existimo, excusationis loco, in re difficili, etiamsi omnia acu non attigerim, apud æquum Censorem esse poterit.

CAPUT. I.

THESIS. I.

Judicia habuit Germania jam olim antiquissimis temporibus plurima, quæ describere instituti modo nostri non est, & non defuere illis temporibus dicendis decora ingenia. Fortassis tamen non inutile erit, antequam ad id, de quo agere instituimus *Rothwillense Judicium*, perveniamus, paucissimis etiam attingere, quæ præter hoc exercebantur, superiori seculo Judicia, quale erat *Regimentum*, & *Judicium Westphalicum*, aut quæ sunt hodieque, *Aulicum* nempe, & *Camerale*.

II.

Regimentum, Imperii *Senatus* quidam erat *Maximiliani I.* tempore anno 1500. in locum annuorum conventuum constitutus. Membris viginti constabat, eique præerat vel Imperator ipse, vel Comes aut Baro Imperii, tanquam vicarius. Imperatori aut Vicario accedebat Electorum aliquis, cujus esset decreta Regimenti subscribere. Potestas autem & Facultas ei erat amplissima, etiam Juris per Imperium Romano Germanicum dicendi. *Ordnung des Regiments* tit. von den zwentzigen. Ubi Imperator illi concedit: *Vollkommenen Gewalt / Macht und Befehl in allen und ieden Unsern / als Römischen Königs / und des Reichs: Sachen Recht / Fried / und ihrer beeden Vollziehung und Handhabung / auch widerstand gegen den Ungläubigen und andern Anfechtern der Christenheit des Reichs / und was an den Frieden / Rechten / ihrer Handhabung / und den Widerstand obgemeldet hanget / oder dar zu dienstlich oder erschießlich seyn mag / antreffend.* Unde fortassis haud absurdè notat Calpar Leopoldus dissert: *de Concurrentia Jurisdictionis in Im-*

Imperio Romano Germanico quest. 8. circa finem: Concurrentem habuisse Jurisdictionem cum Aulico Imperatoris Consilio dem Reichshofrath, (quale nempe illud eo tempore erat) & Camera in Juris ac Justitie administratione, ac querelarum cognitione. Limnæus tamen Juris publici lib. 9. cap. 4. num. 29. quoties litibus illud se immiscere voluit, semper Ordines Imperii ei contradixisse scribit, quod unde ipse acceperit, hætenus quidem nobis non constat, nisi quod apud Seilerum insententiis Cameralibus jam 20. Aprilis 1509. fol. 39. sit exemplum, ubi Camera Imperii Spirensis cognoscit de Nullitate Procellus Regiminis Cæsarei Noribergensis. Illud expeditum est, conquestum Imperatorem Carolum V. *Tametsi de ordinum omnium voluntate atque Consilio Senatus fuerit institutus Imperii superioribus annis, tamen non fuisse Præstitam illi quæ debuit obedientiam,* Apud Scleidanum l. 7. *Comment. de Statu Religionis & Reipublica.* & Anno 1524. in Comitibus Norimbergensibus Senatui huic impositum, Iudiciales causas ad ordinaria Iudicia alia remittere. **N. A. Zu Nürnberg de Anno 1524. §. Fürter soll unser Statthalter.** Deinceps etiam Senatus hic paucorum annorum ætatem habuit. Postremum ejus vestigium quod hætenus reperire potuerimus, illud est, quod apud Scleidanum circa initia anni 1530. literas ad Argentinenses misisse dicatur. Ast anno 1531. die 24. Martii jam defierat esse quod docet Reformatio des **Kaiserlichen Kammer-Gerichts auffgerichtet zu Spener. Anno 1531. §. Die weil daß Regiment gefallen.**

III.

De *Judicio Westphalico* res admodum impedita videtur. Est autem illud quod Imperii Recessus vocant **das heimliche Gericht.** Reformation **Kaiser Friederichs zu Franckfurth am Mann,** de anno 1442. §. **Von dem heimlichen Gericht**

richt / & Reformation König Maximilians die Frey: Schöp-
pfen und das heimlich Gericht zu Westphalen betreffend / zu
Wormbs / Anno 1495. alius das Wehem: Gericht / ac inter-
dum der Freystul. Eius Iudices appellari Barifellos ex Zasio
scribit Lampadius, de Republ. Romano Germanica, cap. 17. §.
2. eosque quamlibet orbis arborem pro territorio habere: ex
privilegio enim eis indultum, ut ubivis locorum deprehensos faci-
toros sine proprio tribunali coërceant secundum Zasium ad l. 5.
de Jurisd. num. 30. Addit tamen, monere Sicbardum in l. 1. n. 17.
C. de heredum institut: certis limitibus circumscriptam esse eo-
rum Jurisdictionem perinde ut Judicii Rotvvilani. Iohann.
Boemus, lib. 3. de moribus Gentium cap. 18. postquam quaedam
de Authore ejus præmisisset, Iudicibus his potestatem datam,
ait, ut quam primum dejerasse aliquem comperissent, aut fregisse
fidem, aut aliud aliquod scelus perpetrasse, mox illum, ubi com-
prehendi posset, pro arbitrio necarent, nulla citatione aut expur-
gatione prævia. Terruit, pergit porro, ea res Westphalos, ac de-
num in fide continuit, cum sæpè in nemoribus & proceres & me-
diocres viri laqueo, suspensi invenirentur, nulla accusatione prius
audita. Quærentibus tamen causam constabat fidem fregisse aut
magnum aliquod scelus commisisse. Id Judicium ad nostram usq; æ-
tatem perdurat, vocaturque vetitum. Qui ei præsunt Scabini vo-
cantur, quibus tanta est præsumptio, ut etiam per totam Germa-
niam Jurisdictionem suam extendi velint. Secretos ritus habent,
& arcana quaedam instituta, quibus malefactores judicant, ea
nondum quisquam repertus est, qui vel pretio vel metu revelave-
rit. Ipsorum quoque Scabinorum major pars occulta est, qui per
provincias discurrentes criminosos notant, & inserentes judicio
accusant, probantq; ut eis mos est: damnati libro inscribuntur &
junioribus Scabinis committitur executio. Hæc iste, quæ ex colla-
tione

tione patet, cum paucis verbis mutatis, accepisse, ut solet mutuari sua aliunde, ex Æneæ Sylvii Europâ c. 49.

IV.

Plerique scriptorum ad Carolum M. originem referunt. *Carolus M.* verba sunt Æneæ Sylvii, tum Cardinalis, sed qui mox ad Pontificiam Dignitatem, assumpto Pii nomine, evedtus est, in *Europâ cap. 49. multa cum Westphalis prælia gessit, eosque magnis afflixit cladibus, coëgitque Christi Religionem amplecti relicto Idolorum cultu. Quam cum sapius abnegassent, nec jusjurandum adverterent, ut metu pœnæ rebellionem compesceret, occultos instituit judices, quibus potestatem dedit ut quam primum deierasse aliquem comperissent, aut fidem fregisse, aut aliud aliquod flagitium commisisse, mox illum supplicio afficerent, ubi primum comprehendi posset, nullâ citatione præviâ, aut defensione præmissâ.* Idem sentiunt accurati scriptores Paulus Æmilius *lib. 2. & 3. Historiæ Francorum.* Cranzius *lib. 2. Saxonie. cap. 21.* Chytræus *lib. 3. Saxonie.* Lindenbugh. in *Chronico Caroli M. pag. 219.* Werlichius *in der Augspurgischen/ & Pomarius in der Sächsischen Chronick.* nec videtur improbare Lampadius *d. l.* Sed huic receptæ hætenus sententiæ dicam scribit Johannes Gryphiander *1 Ctus libro de Weichbildis Saxonie cap. 54. num. 5. & seqq.* ubi tempore Friderici III. Imperatoris, & circa annum 1458. hæc judicia irrepsisse, autumat, & verisimile esse, Seabinos eorum, ut dignitatem sui iudicii ex antiquitate commendarent, eoque prætextu crudelitatem palliarent, originis Carolinæ opinionem & famam credulo vulgo impressisse, cum ea sit falsissima. Argumentis nititur istis: 1. quod de Carolo M. attestatur Eginhardus, ab omni crudelitate adeo abhorruisse, ut nunquã ei vel minima injustæ crudelitatis nota à quoquam sit objecta. Occultum autem hoc iudicium iniquissimum simul

& cru-

& crudelissimum esse 2. quod Carolus M. ex singulari favore universam Saxoniam libertate donaverit, quod pugnat cum singulari odio, quo volunt illum dissentientes, occulta Judicia ad opprimendos Saxones constituisse. Nobis non satis securum videtur, à probata consensu tot melioris notæ autorum opinione, existis quidem rationibus recedere, imprimis cum Recessus Imperii ad Carolum M. autorem non uno loco referant hoc judicium: quod miramur non observasse Gryphiandrum virum non vulgaris alioquin eruditionis. Ita n. legitur in Reformation Rånser Friedrichs des dritten zu Franckfurth am Mann/ Anno 1442. auffgerichtet tit. Von den heimlichen Gerichten S. I. Daß es damit dieselbe nicht anders halten/ dann wie es von Anfang durch Rånser Carl den Grossen unsern Vorfahren am Reich ic. geordnet und gesezet ist. Et repetitur in constitutione in scripta: Reformation König Maximilians die Frey-Schöpfenn und das heimlich Gericht zu Westphalen betreffend zu Wormbs Anno 1495. auffgerichtet. S Item von den heimlichen Gericht wegen. Id perquam manifestum est, non potuisse demum nasci circa annum 1458. Judicium, cui jam ætate Sigismundi à Theodoro Archiepiscopo Coloniensi viginti annis antea, præscripta esset Reformatio, quod docent Constitutiones Imperiales adductæ lautatis antea locis. Atque edidit Marquardus Freherus Johannis de Francofurdia tractatum contra Scabinos oculi Judicii, quem constat inclaruisse Anno 1430. ut eo quidem tempore jam infignes judicii hujus abusus fuisse, appareat, nec alium institutorum Scabinorum autorem, quam Carolum M. & Pontificem jam istâ ætate commemoratum.

V.

Constituebant Judicium hoc, Judex der Frey = Graff /
& As-

& Assessores appellati die Schöpffen / vide Wehnerum voce
Westphalisch Fren: Gericht / ubi hos etiam **Stuhl: Herrn**
appellatos scribit; sed hoc vocabulo aliam quam Assessorem,
& quidem Principem vel Dominum istius Iudicii innui in Re-
formatione Maximiliani Imperatoris §. **Es soll auch kein**
Fren: Graf / liquet. Assessores olim erant vitæ & morum
probitate insignes; sed deinceps sordidæ conditionis quique
in album hujusmodi Scabinorum describebantur, qui passim
per ceteras Germania Regiones, ut collibitum fuit, quosvis licen-
tius quam boni ferre possent, furti perfidieque alligarent, inde-
mnatos necarent laqueo, & suspendio infamerent, ut conqueri-
tur Aventinus lib. 4. Annalium Bojorum pag. 264. edit. Nicolai
Cisneri. Potestatem illorum magnam fuisse, nec exiguis termi-
nis circumscriptam, inde efficit Befoldus *Thesauro Practico vo-*
ce Westphalisch Gericht / quod in multis privilegiis Statuum
reperiantur exemptiones ab hoc Iudicio: adde quæ ex Zasio &
Sichardo ante cum Lampadio notavimus. Præcipuè tamen
territorium quod Visurgi & Rheno includitur, eorum Jurisdi-
ctionem sensit; Ita n. Wehnerus d. l. **Es ist sonderlich** / ait,
gehalten worden zwischen der Weser und Rhein. Crudelitati
ejus probandæ, præter testimonium Aventini, vel id sufficit,
quod tot Reformationibus eius opus fuit, & vocem Saxoniam,
qua vocatur **das Behem: Gericht** inde deducat Wernerus Ro-
levvinck. *lib. 2. de laud. antiq. Saxonum cap. 6.* quasi accepta ejus
fama Saxones dicere soliti fuerint, **Be my** / væ mihi, ita nempe
animo consternati: quæ notatio licet haud dubie vana sit, osten-
dit tamen ejus rigorem. Sane quod absentes non citati, non au-
diti, ad mortem condemnabantur, & cum ratione & melioribus
legibus pugnat. vid. *l. ii. ff. de pœnis l. 8. de questionibus l. ult. C. de*
probat. Idque justam reprehendendi causam præstitit Iohan-

ni de Francofordiâ. Atque jaſtatum inde ſuperiori ſeculo ho-
minum ſermonibus, illic reus primum in furcam tolli, poſtea de
illorum delictis & innocentia demum inquiri ſolere, quod com-
memorat Rechlinger *de Monarchia* th. 121. Fecit ea res, ut tan-
dem Sigismundus Imperator de remedio cogitaret, gliscentibus
eò tempore imprimis his abuſibus. Is ergò opera Theodorici Ar-
chiepiſcopi Coloniensis An. 1439. ejus judicii Reformationem
illam componi voluit, quæ extat, ab ipſo confirmata, apud Gol-
daſtum **in Reichs-Satzungen** Tom. 1. fol. 163. Nobis argumen-
tum ejus breviter hic exhibere ſuffecerit. Conſtituit ergò hæc ſal-
tem delicta deinceps, cum de pluribus jus dicere vellent Scabini
hi, pertinere ad Weſtphalicum Judicium, *Si laicus Chriſtianus
maſculus à fide Chriſtiana deſiceret; Si quis consecrata templa &
coemiteria combureret aut ſpoliaret; Si quis manifesta proditionis
reus eſſet; Si quis Puerperis ſtuprum aut vim inferret; Si quis
furto, rapina, homicidiis, ſeditioni & incendio operam daret; Si
quis contra Magiſtratum graviter delinqueret, judicio autem ſe-
ſistere detrectaret.* Addidit judices & Scabinos admitti debere
ſaltem eos, qui legitimè nati & delictorum hujusmodi dijudi-
candorum periti eſſent.

VI.

Cum adulto, jam malo nec iſta quidem medicina ſuffi-
ceret, Fridericus III. Imperator, Anno 1442. obſervari modum
judicandi qualis à Carolo M. & deinceps Sigismundo præſcri-
ptus eſt, in hoc judicio conſtituit, Conſtitutione inſcripta,
**Reformation Käyser Friedrichs des dritten zu Franckfurth
am Mann / tit. Von den heimlichen Bericht.** Imprimis
ſancit, ut ex idoneis & honeſtis Judicibus Judicia hæc conſtitu-
antur, nemoque niſi ex cauſis eò pertinentibus, ac qui alibi æ-
quo lure uti nolit, eo evocetur. Si verò alicujus Dominus vel
ſupe-

superior attestetur, esse eo evocati, coram se, vel aliis receptis
Judiciis conveniendi copiam, ipseque ea de re idoneam caverit:
tum citatione abolitam causam quo oportet remittendam, secus
si fiat, Processum ipso jure nullum fore constituit, ac Domi-
num illius Judicii, **den Stuhlherren** / in decem marcas auri
puri filco Cæsareo condemnandum, Judicem, **den Fren-Grä-**
fen / ab officio removendum, Accusatorem hujusmodi citatio-
nes obtinentem gravissimis ideo poenis ac etiam supplicio affi-
ciendum, vult. Adjecit Maximilianus Imperator Anno 1495.
Constitutione inscripta **Reformation König Maximilians die**
Fren-Schöpffen/und das heimlich Gericht zu Westphalen
betreffend / zu Wormbs Anno 1495. illud, ut, si quis contra
has Imperii Constitutiones sententiam à Scabinis hujusmodi pro-
nunciatam utatur ad detrimentum Condemnati, is incidat in pœ-
nam fractæ Pacis. Sed & executionem Sententiæ, nisi quæ pro-
babitur, ea ratione, quam legitimam habent Constitutiones Im-
perii lata, nemini integrum esse vult suscipere: quod si qui tenta-
verint, his velut pacem publicam violantibus resisti, adjecta pœ-
narum comminatione, quæ Friderici III. Reformationi insertæ
leguntur, mandat. Adde Denail. *Juris Cameralis tit. 161.*

VII.

De illius abolitione apud eos qui de hoc Judicio scri-
pserunt, nihil se reperire potuisse scribit nuperrimè Jacobus
Blum: *Process. Camerali tit. 30. §. 42.* Videamus tamen an-
non rem expeditam dare possimus, advocatis in subsidium
tum Imperii nostri constitutionibus, tum Historiam Germa-
nicam, ac sententiis etiam in Camera latis: In collectione
Sententiarum Cameralium Seileri extat sententia lata 18.
Decembris Anni 1495. ejusdem qui initium Camerae Im-
periali dedit, qua decernitur Westphalici Judicii sententi-

am nullam executionem mereri. Sed id haud dubie intelli-
gendum de hujusmodi Sententia, quæ legibus Imperii, & Re-
formationibus Sigismundi, Friderici III. & Maximiliani Impe-
ratorum, non congruebat. Coeteroquin eodem anno appro-
bata adhuc erant hujusmodi Iudicia, & sublata saltem abusus
Reformatione Maximiliani. Sequenti seculo Engelbertus
Werlichius Chronico Augustano *part. 2. cap. 1. fol. 16.* scribit quæ
subjicimus. Das Westphalische Gericht hat bis zu Känser
Maximiliani I. Zeit durch ganz Teutschland getwehret. Da
es aber nachmals in Mißbrauch gerieth / und eine Tyran-
ney daraus wurde / begunte man es das verbothene West-
phalische Gericht zu heissen / und ist eben durch gemeldten
Känser Maximilian mit einem öffentlichen Decret im Jahr
Christi 1512. auff den Reichs: Tag zu Cölln gänzlich
abgeschafft worden. Quod si ita est, ut nobis quidem valde
probabile videtur, mirum, nullum ejus legis in Recessibus Im-
perii esse vestigium, certo judicio supinæ negligentæ illius, qui
codicem Recessum & constitutionum Imperii adeo imperfec-
tū nobis dedit. Interim ut fidem habeamus Werlichio, persua-
demur sententia Cameræ Imperialis apud Seilerum 9. Februarii
Anni 1512. ubi Processus Westphalici, ut vetiti, irriti pronun-
ciantur. & 12. Decembris anni 1515. pronunciatum est de Pro-
cessibus Westphalicis abolendis. Rediisse tamen Scabinos hos
ad pristinum morem ac jus dixisse adhuc anno 1555. de causis
nonnullis certo colligi posse videtur ex ordinatione Camerali
part. 2. art. 20. ubi disponitur de causis Fiscalibus; Item als
der heimlichen Gericht und Frey: Schöpffen zu Westpha-
len halben / in etlichen Reichs: Abschieden / sondere Consti-
tutiones, Wie es derhalben gehalten werden soll / auffgerich-
tet / auch mit zehen Marck Goldes und andern Poenen ver-
poenet

poenet seyn/soß der Känserliche Fiscal iederzeit so wider die-
selben trössentlich gehandelt/die verfürchte poen, so zum hal-
ben Theil dem Känserlichen Fisco zugehörig / einzuziehen
schuldig seyn. Hodiè iudicii hujus Westphalici, ne in ipsa qui-
dem Westphalia requirentibus luculenta aliqua vestigia, nisi
quod in Ordinat. Provinciali Episcopatus Monasteriensis *part. 3.*
tit. 3. ejus adhuc mentio est, se offerunt, nec ideo plura addi-
mus, nisi quod nuperrime *Loccenius in Lexico Juris SueoGo-*
thici vocem Femt vel **Sämt** Ostregothis significare antiquissi-
ma lingua iudicium obiervat. Unde aliquis non inepte colle-
gerit esse, quod hoc iudicium Saxonibus **Schmet** appellatum
fuisse Rolvinckius observavit: atque isto etiam argumento inter
alia colligi posse videtur ejus antiquitas.

VIII.

Inter Iudicia quæ hodieque Germania agnoscit, *Judici-*
um Aulicum præcipuo loco est, quicquid etiam contra sen-
tire videatur Hippolytus à Lapide *de Ratione status part. 1.*
cap. 10. pag. 152. vers. Nam communiter. Et responderunt dissen-
tientibus Stamlerus de Reservatis. §. 36. num. 12. & Dn. Tabor
in Dissert. de Execut. Rei Judicatae th. 48. adde Dillingenses in
Compositione Pacis; quamvis horum non omnia in ista etiam
Disputatione nostra facere velimus. Iudicii hujus origi-
nem non ab ætate Ferdinandi I. sed à tempore memoriam
hominum excedente repetit Ferdinandus III. Imperator. Iu-
dicem supremum habet Imperatorem. Præter hunc Præ-
fidem & Assessores, non computato præside, Septendecim,
ex Ordinationis definitione, quamvis nostra ætate plu-
res receptos fuisse dubio vacet. Illi pars Equestris ordinis
sunt, pars Iuris peritia & Cæsaris approbatione hunc locum ob-
tinuerunt, omnes vel Pontificiam vel Lutheranam Religio-

nem professi, nisi quod horum saltem sex hactenus admittere voluerit Imperator. Pertinent huc causæ omnes de quibus Camera pronunciare potest, ita ut præventioni locus sit: præter has autem & aliæ ad quas Camera Jurisdictio non extenditur, quales sunt Statuum Imperii causæ Criminales. *Limn. Annot. ad Capitul. Matthiæ Imp. ad art. 23.* ad verba **vor niemand anders** / Si Electorum aliquis actor vel reus sit in Causa novorum teloniorum *dict. art. 23. Capit. Matthiæ ibique Limneus, art. 22. Capit. Ferd. II. art. 25. Capit. Ferd. III. art. 24. Capit. Ferd. IV. Leopoldi:* quod an etiam ad vetera telonia ita extendi possit, ut nec de iis Camera Jus dicere queat, & ad casus in quibus à Mandato incipere licet? [qui exprimuntur *part. 2. tit. 23. Ord. Cameralis*] nuperrime graviter disceptatum scimus inter Serenissimum Electorem Palatinum, & Fratres d' Annoni, quorum merces, ob fraudatum vectigal, sine sententia declaratoria fisco addictæ fuerant. Causæ Italicæ huc etiam pertinent, ut & quæ Feuda Regalia concernunt, Concessionones, interpretationes nonnullæ ac Confirmationes Privilegiorum, Lites de sessione vel præcedentia Statuum *Vid. Limn. Tom. I. addit. ad l. 4. c. 9. n. 103.* Locus ordinarius Vienna, ac processus hodie ratio illa observanda, quam præscribunt Judicii Aulici & Camera ordinatio. Sententias in hoc judicio latas, ut executioni, si ullâ ratione fieri possit, mandentur, summa curâ annititur Imperator, manifestis ætatis nostræ in causa **Liechtenstein** contra **Ost-Friessland** / **Bischoff Münster** contra **Münster** / & **Chur Mainz** contra **Erfordt** & aliarum causarum judicis. Cætera quæ huc spectant repeti possunt ex dissertatione *Jurispublici de Judicio Aulico* nuper in Academia hac habitâ.

IX.

De *Judicio Camere* constituendo, occasione imprimis
paciis

pacis publicæ conservandæ, jam ante annum 1495. delibera-
tum, quin imò si Barthio *tom. 1. sentent. Cameralium in pref.*
vers. ne autem, & Notatori ad Roding. *Pandectas Camerales*
tit. 2. num. 2. credimus, jam antiquiori tempore exerceba-
tur quandoque Judicium Imperii sub nomine **des Kammer-**
Gerichts / quamvis non semper nec continuo, sed certis
tantummodo temporibus, & quidem in Comitibus plerum-
que celebraretur. At anno deinceps 1495. Maximilianus
unâ cum Imperio Ordinibus Judicium hoc Francofurti ad
Mœnum constituit 31. Octobris, quo Iuramentum ipsi Ma-
ximiliano Imperatori præstiterunt primi Assessores. Pri-
mus Senatus (Audientiam vulgo vocant) habitus est 3. No-
vembris vide *Barth. d. l.* & Autorem Anonymum in *Annota-*
tis de Personis Cameralibus ad annum 1495. Francofurto, dein-
de Wormatiam, hinc Noribergam, tunc Augustam Vinde-
licorum, Ratisbonam, ac Eslingam quoque, tandem anno
1527. Spiram deferri cœpit, qui locus illi ut perpetuus assi-
gnatus Recessu Augustano anni 1530. §. **Dazu meinen und**
wollen wir / daß nun hinfür unser Kammer-Gericht stets
zu Spere / bleiblich seyn und gehalten / und sonst nirgend
anders wohin verändert werden soll / es geschehe dann
mit Unsern auch Churfürsten / Fürsten und Stände wis-
sen. Causam quare locus certus assignatus sit Camerae
exponit ipse Imperator, quod viri idonei & eruditi propter
frequentes mutationes refugerent operam suam impende-
re Judicio huic, **N. A. zu Augspurg / anno 1530. §. I-**
tem daß. Quia tamen de hoc loco, ut nimis remoto, infe-
rioris Saxoniae Status ac alii conquesti reperiuntur, & quod
belli tempore ei securitas penè omnis, utpotè non admo-
dum munito, desit factum est, ut in conventu Osnabru-
gen.

genſi ac Monafterienſi de Iudicio hoc ad aliū univerſis Imperii Statibus commodiorem locum transferendum deliberatum ſit. Eſtque res illa quod expediri tum non potuerit, rejecta in proxima Comitia. At in Receſſu Comitiorum anni 1654. §. 161. **Als auch bey allgemeinen** / legitur, quod Ordines Imperii, dum eā de re deliberant in Comitibus, repererint, tam fieri haecenus non poſſe: **daß** / iosa verba ſunt, **berührte** translation **noch zur Zeit nicht thunlich.**

X.

Plurima & rariora, ac vulgo eruditorum incomperta fortassis, eſſent, quæ de Iudicio hoc augustiſſimo literis mandare poſſemus. Sed quando inſtituti noſtri ratio id modo non patitur, ſufficiat admonuiſſe, pleraque quæ ad hoc Iudicium ſpectant contineri ordinatione Camerali, **in der Kammer-Gerichts-Ordnung.** Eſt autem illa non una. Prima quæ hodieque extat in volumine Receſſuum Imperii vulgato, eſt anni 1495. Secunda eſt anni 1496. quam in volumine Receſſuum Moguntino fruſtra requirat aliquis. Reperitur autem apud Goldaſtum **Reichſſatzungen / p. 209. & ſeqq.** Secutæ aliæ, donec Carolus V. anno 1548. novam ordinationem componi juſſit. **R. A. zu Augſpurg. §. Und nach dem ſvir.** eam deinceps autem anno 1555. promulgavit, eſtque illa, qua in Imperio haecenus utimur. Acceſſerunt mox per Receſſus Imperii circa Cameralia negotia, non exiguæ mutationes, quibusdam per Deputationum & Viſitationum Receſſus in melius correctis, remotis aliis, nonnullis explicatis per communia decreta **Gemeine Beſcheid /** & Camerae conſulta. Quæ ne aberrarent amplius diſperſa à corpore Cameralis Ordinationis, Rudolphus II. Iudici Camerae & Aſſeſſoribus id negotii dedit, ut omnia in unum, novæ ordinationis titulo colligerent, quæ dein-

deinceps Imperatoris & Statuum consensu probata, typis describenda traderetur, **N. A.** de anno 1598. §. **Wir sind auch** 69. & seqq. Est vero id etiam ab illis præstitum, & conscripta Ordinatio talis, quæ hodieque extat nomine **eines** **Concepts der Kayserslichen Kammer-Gerichts-Ordnung** / quæ temporè Matthias Imperatoris Anno 1613. etiam eidem ac Ordinibus Imperii oblata, nondum tamen hæctenus confirmata est. Interim brevi, additis quæ deinceps accesserunt, expectamus novam & perfectiorem Camerae Ordinationem, quod recessu ultimo Anni 1654. §. 128. disposita sint eâ de re quæ subijcimus, daß Anno 1613. **begriffenes / und unter wehrenden Reichs-Zag vorgebrachtes / von uns und den Ständen bis anhero noch nicht zur Vollkommenheit gebrachtes Concept der neuen Kammer-Gerichts-Ordnung** / soll benachstkünftiger Visitation von den Visitatoribus mit Zuziehung und Vernehmung der Assessoren, wie auch etlicher erfahrner Kammer-Gerichts-Procuratorn und Advocaten berathschlaget / revidiret, zugleich alles dasjenige / was allhie verglichen und verordnet / eingetragen / und das ganze Werk præparatoriè mit gutachten also eingerichtet werden / daß man es auf nachstkünftigen prorogirten Reichs-Zag völlig erledigen könne. Ac præstitit hic bono publico jam r. upe. egregiam operam Jacobus Blumius, editione nova **des Concepts der Kammer-Gerichts-Ordnung** / cui illa ferè omnia quæ requirit Imperator & Status, adjecit. Eiusdem collectione edita habemus communia decreta, **die gemeine Bescheide** / antehac admodum desiderata, & ad praxin Camerae rectè intelligendam apprime tamen facientia. Hæc hæctenus de superioris & hujus seculi Iudiciis Germaniæ, præter Rothvvilense illud de quo imprimis agere destinavimus, aliis.

C

CA-

CAPUT II.

THESIS I.

Rothwillense *Judicium* de quo agere instituimus, Germanis interdum das Rothweilisch Hof-Gericht / vid. Wehn. & Speidelium voce Rothweilisch Hof-Gericht: plerumque das Känserl. Hof-Gericht zu Rothweil / appellatur, vid. der Römischen Känserl. Maj. Hof-Gerichts-Ordnung zu Rothweil. Des Känfers und des Heiligen Reichs Hof-Gericht zu Rothweil. in diplom. Maximil. apud Gyllmannum *Symph. tom. 6. c. 8. §. 2. f. 187.* Vocatur, etiam des Känfers Stuhl zu Rothweil / aliquando der freye Stuhl zu Rothweil / R. A. zu Wormbs anno 1521. Est etiam ubi simpliciter dicatur das Rothweilische Gericht / R. A. zu Regenspurg. anni 1532. Sortitur autem id nominis ab urbe Rothwila, loco, ubi haberi conluevit, civitate Imperiali ultra Danubium, ad sinistram Nicri partem, non procul ab utriusque fluvii fontibus sita; quamvis etiam Ulmæ alioquin *Judicium* hoc fuisse referat Felix Faber. *lib. 22. de Suevia cap. 4. pag. 258.* Est autem *Rothwila*, vel ut *Walafridus Strabo Abbas Augiensis de Miraculis Beati Galli Confessoris lib. 2. cap. 8.* apud *Goldastum tom. 1. Scriptorum rerum Alamannicarum* appellat, *Rotenwila*; non *Erytropolis*, ut imperitè reddidit *Henricus Glareanus*, rectè eo nomine castigatus à *Melchiore Heiminsfeldio Goldasto in Annotationibus ad tom. 2. Scriptorum Rerum Alamannicarum, pag. 5. in fine*, sed *Bulevopolis Raathstadt*. quasi *βουλευτήριον τῆς βασιλείας*, *Rota, Raath* / quæ hodie *Camera*. Hinc *decisiones Rotæ* hodie *Italis* frequentatæ, & *Rotuli Rodel* / ex quibus *sententiæ Judicium* recitabantur, *Ciceroni in Verrem lib. 3. tabula publica, periculaque Magistratum.*

De-

II.

Descriptionem Iudicii hujus apud Autores Jurispublici frustra aliquis requisiverit, si excipias Paurmeisterum, & qui ex illo suam desumpsit Iustum Sinoldt cognomento **Schützen** Collegii Publ. vol. 2. Diss. 2. t. b. ult. lit. a. Paurmeisterus de *Jurisdictione Imperii Romani lib. 2. c. 7.* Rothvvilense Iudicium describendum putat, *Collegium Iudicum, qui loco Caesaris in districtu Rothwilano Jurisdictionem exercent.* Sed ista descriptio, præterquam quod ex Assessoribus Iudices facit, qualis ibi non est nisi unus Comes à Sultz, & qui vice ipsius fungitur, rem non explicat: cum qui quærit, quid sit Iudicium Rothvvilense, perinde ignoret, vel ignorare possit, quis sit districtus, vel quod territorium in quo Ius dicunt Iudices Rothvvilenses. Adeoq; Circulum in definiendo vel describendo committere videtur, qui Iudicium Rothvvilense per territorium Rothvvilensis Iudicii describit, cum territorium illud idem sit, cum eo, in quo Iudicium hoc Jurisdictionem exercent. Putamus commodius describi: *Collegium Iudicis & Assessorum, qui Rothwila, loco Caesaris, per certas Germania provincias, Jurisdictionem exercent.*

III.

Ioachimus Vadianus, Consul SanctGallensis, vir antiquitatis omnis peritissimus, de *Collegiis Monasteriisque Germania veteribus lib. 1. pag. 35.* postquam de millis Francorum veterum eorumque potestate nonnulla dixisset, quodque illis licuerit, aliorum Ordinum dicta factaque cognoscere, & ad Imperatorem referre, si quid in legis, vel instituta, vel à Duce, vel Comite, vel Episcopo, vel Abbate commissum fuisset, ac aliquoties singulis annis causis cognoscendis præsidere: addit. *Quorum omnium hodie certa vestigia extant in Iudicio illo publico apud Rothwilam, cui ferè Comes præsidet, sed finibus*

tamen Jurisdictionis latius quam veteri pro more, prorogatis. Pauciores enim in numerum contractis veteribus cognitionibus, limites conventuum proferrunt fuit necesse quum paucis jam in locis ageretur, quod pluribus antea fuisset actum. In locum ergo Missorum in Imperio nostro illos successisse voluit, de quorum officio nonnulla notavit, Hermannus Conringius *Disputatione de Judiciis Reipubl. Germanicae*. Goldastus eam antiquitatem hujus Iudicii esse autumat, ut 700. annis fuisse ante Cameram Spirensis pronunciare non vereatur, in *notis ad Chartam Ernusti Cancellarii Ludovici Imperatoris*. Id sibi isto argumento persuadet, quia Chartæ huic, quæ continet memoriam beneficii Ludovici Regis, quo is ad preces Purucharti (legendum haud dubie Burchardi) Comitis, servum quendam manumittit, adjicitur, id factum *anno 906. in dict. 8. anno Regni H. Ludovici, in Rothwila, feliciter*. Chartam illam exhibet Goldastus *tom. 2. scriptorum Alamannicorum part. 1. n. 6.* & ante illum Franciscus Guilimannus *rerum Helveticarum lib. 2. cap. 11. pag. 239*. Sed Regias manumissiones servorum in Cameris solum aut Curis Regiis factas, non probavit, nec probare unquam poterit Goldastus, quod rectissime observat autor Anonymus (qui creditur esse Daniel Heiderus *Reipubl. Lindaviensis Syndicus*) **der gründlichen Ausführung der Reichs-Stadt Lindau / die unversehens abgelöste Reichs-Pfandschaften betreffend.** p. 566. Docere illud Goldastus non potest, quem ipse edidit Ioa-chimus Vadianus *lib. 2. tractatus de Collegiis pag. 77*. ubi lege Francorum Ripuaria, duplicem manumissionem esse monet, alteram quæ domini & ejus vicarii consensu coram Rege fiebat, alteram quæ locum habebat in Ecclesia, præsentem Episcopo, vel Presbyteris & Diaconis, in populi conspectu, quo celebrior esset facti memoria. Quibus addit tertium modum,

se

quioris ævi, quo facultas illa etiam privatim ad Dominos re-
lata est.

IV.

Non relinquitur autem magnus ambigendi locus de tem-
pore & causa instituti Dicasterii istius, cum supersint authen-
tica quæ id luculenter ostendant, documenta: Res autem ita
se habet: Conradus Sueviæ Dux, dissidentibus post Henrici V.
fata circa Electionem Imperatoris Electoribus, à pluribus eorum
electus, cum reliqui in Lotharium Saxonem consensissent, gra-
via cum Lothario bella gessit. Cum armis prævaluisset Lotha-
rius, se contulit in arcem Hochbergensem, urbi Rothvillensi
vicinam. Comes arcis, cum videret fieri non posse, ut arx ista
periculis ventis Conradum Imperatoris Lotharii impetum sustine-
ret, Conrado suavit, ut in urbem Rothvillensem fortiosem se
conferret, neque esse quod de Civium Rothvillensium fide
dubitaret. Eius Consilium secutus Conradus, in urbem per-
venit; oppugnati ideò Rothvillenses à Lothario, obsessio-
nem strenuè per annum & quod excurrit, tolerarunt: sed
& deinceps ipsi auxilia præstiterunt. *Wehner. Comment. ad
Ord. Rothwill. in præf.* Fuit ista causa quare gratitudinis ergò,
cum Imperio deinceps tranquille præesset Imperator ille,
anno 1146. reliquis privilegiis Civitatis etiam Aulicum
iudicium addiderit. Mandatarii Comitis de Sultz & Ci-
vitas Rothvillensis id hunc in modum in Comitis Impe-
rii anno 1653. Statibus Imperii exponunt. *Zuförderst/ajunt,
geben viel unterschiedliche Känserlich Freyheits-Brieffe/
so theils Original vorhanden/und auff Begehren fürzulegen/
zu erkennen/als vor 500. Jahren/zwischen weiland Köni-
gen Conrad dem dritten dieses Nahmens / und Herzog
Lothario von Sachsen / im Reich schwere Krieg geführet/
end-*

endlich nach langer Belägerung der Stadt Rothweil / all-
dasselbsten Fried gemacht / und das Römische Reich wieder
im vorigen Ruhstand gesetzt worden ; Und dann seligst ges-
dachter König Conrad / die Känserliche Regierung angetre-
ten / haben Seine Känserl. Maj. der Stadt Rothweil / umb
ihrer bewiesenen standhaftten Treu und erlittenen überaus
grossen Schadens und ^{ruin, pro recompensa, ex lingua ari Cæ-}
^{larea gratia, vero} eigenthümlichen Känserlichen Hof-
Bericht / umb so ansehnlicher Verdiensten und mehr ander Ehe-
haftten Ursachen willen / diese besondere Gnad / loco remun-
erationis gethan / und berührt Hof- Bericht in ermeldte
Stadt Rothweil ewiglich daselbsten zu bleiben / (sunt for-
malia foundationis) ursprünglich erhebt / transferirt und ver-
ordnet. Et Originalis Institutionis sub Imperatore Conrado III.
de anno 1146. hæc verba iidem recensent. Nachdem Känser
Conrad der dritte / allen seinen Widertwärtigen durch Hülf
deren von Rothweil glücklich obgesieget / hat er deren von
Rothweil ihm bewiesenen getreuen Diensten nicht verges-
sen wollen / sondern die weil sie von seiner wegen / nicht allein
Ihr Gut / sondern auch ihr Leib und Leben dargestreckt /
auch ihr Blut vergossen haben / darumb er ihnen und allen
ihren Nachkommen zu ewigen Gedächtniß der vorgeschrie-
benen Gutthat / für sich und alle ihre Nachkommen Römi-
scher Känser und Königen eine solche Gab und Freyheit ge-
geben / also daß Bielermandt Känserl. Hof- Bericht / bey ih-
nen zu Rothweil ewiglich seyn und bleiben / und das nechst
und würdigst Bericht seyn solt / nach dem Hof- Bericht / daß
ein Römischer Känser / oder König in seinem Känserl. oder
Königl. Hof hätte / als wenn es noch an dem Känserl. Hof
gehalten würde, Unde patet error Matthiæ Stephani de Jurisd.

lib. 2.

lib. 2. part. 1. cap. 3. Linnæi *Jurispublici lib. 9. cap. 3. n. 2.* Beckeri in
Synopsi Jurispubl. cap. 4. pag. 114. Speideli in *speculo, voce Roth-*
weilisch Hof-Gericht / & aliorum, qui originem ejus in sequen-
tem annum 1147. remittunt, inducti fortè in errorem, quod eo
anno ordinatio iudicii hujus prima promulgata sit. Imperatores
deinde alii, Carolus IV. Rupertus, Sigismundus, Albertus Se-
cundus, Fridericus III. Maximilianus II. Carolus V. Maximilia-
nus II. Matthias, Ferdinandus II. & III. hæc privilegia confirma-
runt, id que adjectis clausulis in præteritum & futurum cassato-
riis, derogatoriis, & irritantibus: vid. *kürzen Begriff zu Hand-*
hab der Römischen Käyserl. Majestät uhralten Käyserl.
Hof-Gerichts zu Rothweil.

V.

Dicasterium hoc, solius Cæsaris, non etiam Imperii uni-
versi esse, nemine quod sciam dissentiente, uno ore tradunt
Publici Juris scriptores, qui de eo aliquid attingunt, Weh-
nerus in *observat. voce Rothweilisch Hof-Gericht.* Spei-
delius in *speculo ibidem,* Becker *Synopsi Juris publici cap. 4. n. 9.*
Linnæus *Tom. 1. addit. ad Jus publicum ad lib. 9. cap. 3. num. 8.*
Scutz *Collegii publici de Statu Rei Romane vol. 2. disp. 2. thes.*
8. lit. a. Calpar Leipold *de concurrentia Jurisd. etionis in Im-*
perio Romano Germanico. quest. 8. in princip. Unde etiam esse
judicant, quod Ordo Processus iudicio huic præscriptus,
dicatur in ipsâ Inscriptione, **der Römischen Käyserlichen**
Majestät Hof-Gerichts-Ordnung zu Rothweil. & in
Recessu Wormatiensi Anni 1521. iudicium hoc vocetur,
Unser (Imperatoris) Stuhl zu Rothweil. adde Me-
moriale exhibitum in Comitibus Anno 1653. à Comitibus de
Sultz & Rothwilenensium mandataris, apud Linnæum *tom. 2.*
addit. ad lib. 9. cap. 3. in fine. Ubi ajunt, *mehr berührt uhr-*

alt

alt Känserlich Hof- Gericht / gehört ierweils regierenden Römischen Känsern eigenthümlich und allein zu / und nicht zugleich *colli Impe 10. Et sunt in eam sententiam in Reformatione Maximiliani part. 2. tit. 5. in princ.* manifesta verba, quibus asserit Maximilianus: **daß das Hof- Gericht zu Rothweil Uns als Römischen Känser ohne Mittel zuständig.** Und in instrumento Pacis Cæsareo - *Sulcico art. 5. §. 20.* vocatur, *Curia Imperialis Rothwile.* Atque ideo soli Cæsari à Comitibus Sultzensibus servitia feudalia deberi vult Wehnerus *d. l. ac Imperatorem solum formam & ordinem Iudicio præscribere docet Reform. Maximiliani part. 1. tit. 1. §. und nachdem. versu und nach Gelegenheit. & part. 3. tit. ult. §. ult.* isque solus Iudicem confirmat, *Reformat. tit. 1. in princ.* Stephan. *de Jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 3. n. 23.* quemadmodum & solus illud condidit, & fundavit, *Rechlinger. in discursu de Monarchia th. 110.* ac excessus Personarum Iudicii solus corrigit, illudque visitat, *Reform part. 3. tit. 20. N. A. zu Epenr. Anni 1570. §. Nachdem 72.* *Leipold. de concurrentia quest. 8. in princ.* & Stephani *d. l.* Unde facile liquet erroneum esse, quod scribit Becker *in Synop. Juris Publici. cap. 4. num. 9.* à Camerae visitatoribus Iudicium hoc visitari. Quamvis enim negari nequeat, *Recessu Ratisbonensi anni 1532. tit. Rothweilisch Gericht betreffend / constitutum, Reformationem Iudicii hujus Iudici & Assessores Rothwilenfibus mandatum, Visitatoribus Camerae ceinceps, ut emendetur, transmittendam esse; id tamen peculiari Cæsaris consensu & mandato, ad preces Statuum Imperii factum, manifestò apparet ex verbis quæ ibi leguntur: Haben uns Chur- Fürsten / Fürsten und Stände gebeten / & deinceps, Welchen Visitatorn wir hiemit genugsamen Gewalt gegeben / quomodo & interpretatur Paurmeister de Jurisdic. lib. 2. cap. 7. num.*

7. num. 8. & Speidelius in speculo voce Rothweilisch Hof-
Bericht. Intelligendum tamen, quod diximus, solius impe-
ratoris esse hoc Iudicium, eo ferè modo, quo propria sunt & a-
liis Principibus in territoriis suis Iudicia: & ut discrimen appa-
reat inter hoc Iudicium, & Camerae, quod est ab Imperatore &
Ordinibus constitutum, & ab utriusque Assessores accipit, & no-
mine tam Imperatoris quam Imperii iudicat: cæteròquin, ipse
Imperator in *Reformat, part. 1. tit. 1. ait.* **Daß Hof: Bericht
und Hof: Richter: Ampt zu Rothweil von uns/Imperatore,
und dem heiligen Reich zu Lehen: Rühren.** & expeditum est
appellari posse ab hoc Iudicio ad Cameram, Capit. Leopoldi
Imp. art. 18. **R. A. zu Spener. 1570. S. und nachdem uns.
72.** quâ de re pluribus deinceps agemus. Sed & non raro in
Comitiis generalibus, & Conventibus Imperii aliis de hoc Iu-
dicio deliberatum & definitum aliquid fuit. vid. **R. A. zu Re-
genspurg/Anno 1532. tit Rothweilisch Bericht betreffend.
R. A. zu Spener. 1570. S. und nachdem. 72.** Instrum. Pacis
Cæsar. reo Suecic. §. 5. *sect. 20. vers. Visitatio Consilii*, in fine. Et
Comes de Sultz aliquid amplius tractatæ inferre propter mu-
nus Iudicis, quod iure feudi habet, dicitur, **Im furzen Be-
griff zu handhab der Römischen Känserl. Maj. uhralten
Känserl. Hof: Gerichts zu Rothweil/S. 5.** Unde non im-
mento aliquis dubitaverit, an rectè scripserit Wehnerus, quo a-
lioquin nemo Actorum nostrorum, qui quidem literis aliquid
prodiderunt, exactius Iudicii hujus naturam compertam ha-
buisse videtur, Comitem Sultzensem soli Cæsari debere servi-
tia feudalia, siquidem illa loquendi ratione excludere voluerit
Imperium.

VI.

Iudex vel Præses Iudicii Rothwvilenfis perpetuus est Co-

D

mes

est Comes Sultzensis, Ein Graf von Sultz, cui hodieque ista dignitas in feudum conceditur, die Grafen von Sultz / tragen umb treuer Verdienste willen / im Nahmen und an statt jedes regierenden Römischen Kaysers / das Hof-Richter- oder Präsidenten-Ampt / und haben solches zu immerwährenden Lehen / wie solches die Gräffliche Sultzische Lehen-Brieffe / von einem Kaysers auf den andern ihres mehrern ausführlichen Inhalts bezeugen. Unde concludunt ei em Deputati, in kurzem Bericht zu Handhabung des Hof-Gerichts n. 4. Jurisdictionem in feudum concessam absque felonix culpâ, nec diminui nec adimi posse, ex Rosenthalio & allegatus cap. 10. concl. 11. n. 1. 9. § 12. tanta magis, quod eo nomine, ut exactis matriculæ constare volunt, aliquid solvat in publicos Imperii usus. Assessores ejus olim duodecim nobiles, militari & equestri dignitate, creabantur, *Webner. Comment. ad Reform. Rothwill. in proem. lit. f.* Deinceps tredecim ex arbitrio Senatus Rothvvilensis, ex ordine eorum lecti, erant, *Paurmeister de Jurisd. lib. 2. cap. 7.* Reformatione tamen Maximiliani II. effectum est, ut licet & hodie ex Senatu isto eligi possint, antequam tamen à Judice & reliquis Assessoribus examinati sint, non recipiantur, *dict. Reform. tit. 1. §. fin.*

VII.

Jurisdictionem Rothvvilensium hujusmodi iudicum per totam Germaniam latissimam, sed circumscriptivè, non realiter territorio inesse, dicit quidem Zasius in l. *Jus dicentis 1. ff. de Jurisdictione*: Res tamen aliter se habet, nec ad universum Imperium, quemadmodum iudicii Aulici, & Camerae Imperialis, sed ejus partem (Maximilianus I. in privilegio 1496. Rothvvilensibus concessa vocat Circulum, einen **Circkel** /) pertinet, in qua Aulam Cæsaream repræsentat. Unde esse volunt, quod non
sum-

non simpliciter das Känserl. Hof-Gericht / sed das Känserl.
Hof-Gericht zu Rothweil / dicitur, Wehner. in observ. P. act.
voce Rothweilisch Hof-Gericht / & qui ex illo, quæ de judi-
cio hoc notavit, pleraque delumpfit, Paurmeister de Jurisd. lib.
2. cap. 7. Quid territorio illo contineatur, recensetur in Maximi-
liani I. Confirmatione Privilegii Rothvillensis in initio, & Ma-
ximiliani II. Reform. Rothvillensi. Incipit au em von Roth-
weil bis an die Fürst / und an das Gebirge innerhalb Ober-
Elß / und hie dißhalb dem Gebirg am Rhein ab / und ab
bis Cölln / und nicht fürab / und hie disseit halb dem Rhein /
wieder herauf gen Franckfurth und als weit Francken-Land
geheth / bis an den Thüringer Wald / und in Francken und
Schweinfelden (fortassis Schwanfheldt in Franconia) bis an
das Bänerland / und hie dißhalb Bänern / Enther bis gen
Augspurg / an den Lech / und nicht über den Lech / und vor
dem Gebirg Enther / was vor dem Gebirg liegt in Schwa-
ben zu bis gen Thur / und was in demselben Strich und
Kraiß umbher ligt / bis gen Appenzell / gen Schweitzen / gen
Lucern und gen Bern / und gen Frenburg in Tschland / und
denselben Kraiß umbher bis gen Welschen Neuenburg / und
dann einher bis gen Bruntrut / gen Mümpelgart / und
nicht süro / und daselbst wieder herein bis an den Fürst / und
an das Gebirg innerhalb Ober-Elß / und an alle End /
so zwischen den vorgeschriebenen Kraisen von einem an den
andern ligend / weit / lang / breit / als sie dann solchen Circkel
dermassen neben andern alten Geschichten / in des gemeldten
Hof-Gerichts zu Rothweil Gerichts- uñ Rechts-Buch ge-
schrieben. Unde non difficulter colligitur à jurisdictione hac, si
verba Privilegii & Reformationis sequamur, non eximendum
circulum Austriacum, quod non nulli faciunt, nec Franconicum,
D 2 (cujus

(cujus nullam tamen mentionem facit Sconbornerus, sed Circulis, Austriaco, Svevico, & Rhenano, Jurisdictionem ejus circumscribit, *Polit. lib. 5. cap. 21.*) Meminimus tamen commemorasse nobis vicinos Rothvilenfium urbi Ictos, usu & morib⁹ obtinuisse, ut vel nullæ causæ, vel rarissimè ex Circulo Austriaco ad Tribunal Rothvilenfense deferantur, cujus fortassis ista causa est, quod Viennæ, propinquiore & ipsis commodiore loco, Iudicium Aulicum **der Reichs-Hof-Rath** habeatur, ad quod aliquin appellari potest à Rothvilenfium sententis. Ad reliquos autem Circulos, præter *Austriacum, Suevicum, Rhenanum, & Franconicum*, ac in speciem, ad Bavaricum, Saxonicum utrumque, Westphalicum, ac Burgundicum, Jurisdictio Rothvilenfium non extenditur, *dicta Reform. part. 2. tit. 2.* Quin & illud liquidum est, ne hos quidem Circulos integros, sed partes tantum eorum complecti. vid. post Wehnerum in observ. voce **Rothweilisch Hof-Gericht** & Paurmeister. *de Jurisd. Imperii Romani lib. 2. cap. 7. num. 12.* Caspar Leypold. *de concurrentia Jurisdictionis quest. 8.*

VIII.

In isto districtu Dicasterium hoc ordinarium habet Jurisdictionem *Reform. Rothvil. part. 2. tit. 5. in princip. ibi:* über alle die/ so in obbestimmten Unsers Känserlichen Hof-Gerichts Bezirck gefessen / ordinariam Jurisdictionem empfangen / und dieselbe in allen und ieden Sachen gegen maniglich exercirt. & ibi Wehner. *Autor. decis. seu prejudiciorum Cam. Imperialis, qui supplementi loco adiectus tomo tertio Symphorem: Gylmanni, voce Rothweilisch Gericht. Paurmeister. d. l. num. 3. Stephani num. 23.* Cumque Magistratibus ordinariis ita concurrat, ut si speciali privilegio tuti non sint, vel

Vel se iusto tempore ad jus administrandum non offerant, aut exemptiones ac privilegia non legitime allegent, Iudicium hoc prævenire Ordinarios loci, vel in subsidium etiam cumulativè, ut vocant, Jurisdictionem exercere possit; *Autor. decis. d. l. Wehner in notis dict. part. 2. tit. 1. fol. 71. & seqq.* vide imprimis Deputatos Comitum de Sultz & Rothwilenium ad Comitia anni 1653. ubi aiunt in Memoriali §. **Zuförderst: daß es mit ordentlichen Gerichts-Zwang / ansehnlichen Bezirck / und sonderlichen Freyheiten / also gnädigst versehen / und bezagt / daß dasselbige Ordinariam & concurrentem Jurisdictionem mit und gegen allen Ständen / und Obrigkeiten / so in diesem Bezirck gefessen / in allen und ieden Sachen / ohne Eintrag oder Hinderung männigliches / habe.** Cæterum an etiam cum Iudicio Aulico dem Kånserlichen Reichs-Hof-Rath / aut Camera, concurrentem Jurisdictionem habeat? paulò exactius nobis dispiciendum est. Illud omni dubio vocat, utrumque quod nominavimus, Imperiale Iudicium, & de causis appellationum, à Curis inferioribus, in districtu Rothwileniano cognoscere, cum ad utrumque illud ab huiusmodi Curis appellari possit, adeoque isto respectu illis concurrentiam cum Rothwileni iudicio, aliquis fortassis tribuerit, quod & facit apud Arumæum *tom. 1. Discurs. de Jure publico* Leypoldt. *de concurrentiâ quest. 8. Sic autem Camera, ait, cum iudicio Aulico Rothwillano in ejus districti, quoad appellationes ab inferioribus Curis concurrat, ut ea quodammodo quoque superior sit, ut ab hoc ad illam tam ab interlocutoriis quam definitivis appellari possit; Recess. Imperii Anno 70. Spira. §. Und demnach dann vorkommen.* *Gylman. tom. 3. Symph. fol. 470. num. 7. Ord. 2. tit. 1. Et Camera in possessione sit inhibendi Rothwilenibus* *Gylman. dict. tom. 3. fol. 309. Gail. 1. obs. 40. num. 4. & obs. 130.*

num. 8. non quidem indistinctè, in omnibus gravaminibus. Quæ ipsa, propter concurrentem iudicii Aulici, cum Camera jurisdictionem, etiam de illo, ex mente Leypoldi dicenda fuerint. Unde porro necessaria consequentia, ex mente Leypoldi, deducitur, etiam iudicium Rothvillense, in causis saltem aliquibus, concurrere cum iudicio Aulico, & Camera. Concurrentia enim illa, ut vocant, mutuum respectum & relationem inducit, ratione concurrentium iudicum, cum tam hic cum isto, quam iste vice versa cum hoc concurrat. Est enim concurrentia Jurisdictionis, ut ipse Leypoldus describit, *in princip. dissert. de concurrentia Jurisdictionis ab Imperio Romano-Germanico; publica cognoscendi de causis potestas, pluribus, ac cuilibet in solidum, ac ut singulis competens, vi cuius unus à parte actrice primum aditus, alterum concurrentem, citatione reo insinuata, deque ejus executione Iudici seu ejus Actuario relatione facta, atque ab eo ad acta relata, preveniendo, solus, excluso altero, causam cognoscere, definire, ac, executioni tradere potest, nec aliter post legitimam preventionem, citra vitium turbationis, ullo modo, nisi data prevenientis negligentia, se ulterius de causa preventa, intrmittere valet.* Atque ipsos Rothvillenses Iudices aliquando prætendisse, se concurrentem cum Iudicio Aulico & Camera Jurisdictionem habere, idque vigore cujusdam privilegii apud Gylmannum legere est. *Symphor. tom. 2. part. 3. tit. 15. ad suppl. quintam. pag. 283.* Verum enim vero, cum constet Imperatorem causas Rothvilla advocare posse, *Wehner in notis ad Reform. tit. 4. fol. 87.* & Camera non obstantibus privilegiis Rothvillensis Tribunalis, quæ ipsi olim opponebantur, in possessione discernendi processus maneat; rectius, concurrere cum duobus his superioribus Iudiciis, Tribunal Rothvillense, negamus: ejusque sententiæ *Wehnerum in notis ad Reform. Rothvill. part. 2. tit.*

2. tit. 5. fol. 104. & Gylmannum *Symph.* tom 2. part. 3. tit. 15.
adstipulatores habemus.

IX.

Exercetur Jurisdictio Iudicii hujus in Personas ejus distri-
ctu comprehensas, nullo Status vel conditionis discrimine, siue
Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitates, Cives, aut
Rustici sint: tam mares, quam foeminas: Reform. Rothvvil.
part. 2. tit. 5. ibique *Wehnerus*. Nec interest, Christiani sint,
an Iudæi. Reform. Rothvvil. *dict. tit. 5. §. 17.* nisi speciale pri-
vilegium, vel consuetudinem, præscriptionem, ordinationem,
pactum, vel transactionem, aliquis, quâ eximatur ostendat.
Eximuntur a. hujusmodi privilegiis *Electores*, Bullæ Aureæ
cap. 11. excepto solo casu denegatæ Iustitiæ, *dict. cap. 11.* & *Weh-*
ner Comment. in Reform. fol. 87. & fol. 108. Domus Austriaca:
vid. Privil. Caroli V. quod apud Gylmann. legitur tom. 6. Sym-
phor. pag. 26. & seqq. Episcopus Argentinensis, ejusque subditi,
Wehner fol. 48. Episcopus Bambergensis, Gylman. Symph. tom.
6. cap. 2. p. 41. secundum edit Ftancof. anni 1630. Dux Juliacensis,
apud eundem Gylmannum *Symph. tom. 6. pag. 88.* ubi id ad sub-
ditos & officiales, privilegio anni 1580. expressè extendi, addi-
tur. *Dux Lotharingæ*, is enim privilegio Imperatorio etiam à
Camera Imperialis Iudicio exemptus est, *Mynsing. s. ob-*
servat. 58. n. 1. & mandatum est Iudici & Assessoribus Camerae,
& Iudici Rothvvilensis, ne Duci Lotharingæ, contra factam in-
ter Imperium, & ipsum transactionem, molesti sint. Cætero-
quin n. & Princeps Imperii est, & membrum Circuli Rhenani,
ut apparet ex **N. A. zu Nürnberg / 1523.** ac Imperium ejus-
que Iurisdictionem eatenus agnoscit, ut ad usus publicos

Pe.

pecuniam conferat, Constitutionibus de Pace publica obnoxius sit, ac feudi jure ditiones ab Imperio habeas, Gylman. *Symph. tom. 6. cap. 2. pag. 34. Comites Palatini Bipontini ac Comites Veldentia Gylm: dict. tom. pag. 94. Principes Wurtembergenses, eorumque subditi, Gylman. d. l. cap. 6. pag. 94.* Atque qui perlustrare diligenter voluerit privilegia Statuum, in quibus recensendis multus est toto isto tomo tertio, Gylmannus, vel potius Paulus Matthias Wehnerus, qui isto volumine tomos quinque, quos collegerat Adrianus Gylmannus, auxit, is reperiet, etiam Ordinem Equitum Sancti Johannis, die **Johanniter Herren und Ritter** / Ordinem Teutonicum, den **Teutschen Orden** / Abbatem Sancti Blasii im **Schwarzwald** / das **Gottes-Haus und Probstey** zum heiligen **Creutz zu Augspurg**. **Comites de Castell** / Comites zu **Nieder-Ensenburg** / und **Grensau**. **Barones de Freundsberg** / die **Herren Jagger**. **Comites de Hanau & Lichtenberg**. **Comites Mompertigartenses**, cum **Dominiis Horburg und Reichenweiler**. **Comites de hohen Zollern** / **Frey-Herrn von Justingen**. **Comites von Leiningen und Tassburg**. **Comites von Manderschied zu Blanckenheimb**. **Comites zu Schwarzenburg** / **Herren zu hohen Landsberg**. **Comites von Sulz** / & **Barones von Schwende** / ab hoc **Judicio exemptos esse**. Illud mirari sinit, quare **Knipschildt de Juribus & privilegiis Civit. Imp. lib. 2. cap. 33. num. 249.** inter exemptos ab hac **Iurisdictione** nominet **Ducem Brabantiae**, cum constet illum ad horum **quatuor Circulorum** aliquem non pertinere.

X.

Ex **Civitatibus** **Exemptione** a **Judicio** hoc gaudent, **Norimberga**, **Augusta Vindelicorum**, **Eslinga**, **Fridburgum**, **Gelmbau-**

hausen, Halla-Suevorum, Landau, Memminga, Reutlinga, Oppenheim, Sebweinfurt, Argentoratum, Ulra-Suevorum, ejusque ditiones Helfenstein, Geislingen, & Albeck, ut & Winsheimum; quas collegit ex dicto tomo sexto Sympbor. Knipschild. de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium, lib. 2. cap. 33. n. 250. Addit ipse Aquisgranum, Nach; sed errore haud dubie insigni, cum ista civitas Imperii itidem ad quatuor Circulorum aliquem, in quibus Ius dicit Rothvillense iudicium, non pertineat. Nobiles privilegio à Jurisdictione hac immunes istos recenset Wehnerus in notis ad Reform. Rothvil. part. 2. tit. 4. fol. 81. Ballard / Zinerdt / Westernach / Fleckenstein / Brumbach / Nippenburg zu Schwiebertingen und Grundshheim / Reckberg / Rahtsamhausen / zum Stein / Schönbürg / Stolsingen / Speth: quibus addi possunt die von Elosen / die Thumben von Neuburg / Berdnau / Remchingen / & haud dubie alii, quibus hoc beneficium ut in nobis nondum innotescere potuit. Atque hinc, propter tantam exemptorum multitudinem, quorum tamen alii aliis magis exempti sunt, videtur illud natū, quod in Comitibus anni 1653. in Memoriali suo, Rothvillense ajunt, daß alle und iede Stände des ausgezeichneten Bezircks mit exemptiv - Freyheiten versehen. Helvetii, jam antehac, pacto à Jurisdictione Rothvillensi excepti sunt, Wehner. in notis ad Reformat. Rothwilens. part. 2. tit. 1. fol. 73.

XI.

Qui ita exempti sunt, interdum tamen foro suo renunciant. Quod si subditi faciant, an eo Domino præjudicium afferant? quæsitum est, in causa **Bürgermeister und Rath der Stadt M. contra I. &c. Pro interesse auch Schultheiß und Gericht zu S. Reos & Appellantes.** Argu-

E

men-

oxius
 ymph.
 mit s
 enses,
 e qui
 uibus
 vel
 omos
 is re-
 hant
 Teut-
 ald /
 us zu
 henz-
 erren
 Mom-
 weiler.
 n. Co-
 Man-
 burg /
 & Ba-
 Illud
 Civit.
 dictio-
 orum

, No-
 Gelte-
 bau-

menta quibus utraque pars causam suam defendit, Reperire est apud Gylmannum *tom. 1. Symph. part. 2. tit. IV. Vol. 6.* ubi pro Domino sententiam dicit Referens, quod Privilegium exemptionis contineat non solum favorem exempti, sed & favorem ipsius superioris, quo casu expediti juris est Renunciationem in præjudicium tertii fieri non posse. Exemptionis tamen Privilegium non ad omnes causas spectat, sed excipiuntur nonnullæ, quæ vocantur **Ehehafften**. Wehner. *Reform. fol. 105.* describit **Ehehafften** / quod sint, *casus reservati Rothwilensibus in suo judicio ventilandi, quos ad avocationem Statuum privilegiatorum non remittunt.* quorum dijudicatio, non impediente exemptionis privilegio, nihilominus ad Judicium Rothvilense pertinet; **Das Hof-Gericht** / scribunt in sæpe allegato Memoriali Rothvilensibus, ist à prima fundatione privilegiari, daß die von Römischen Kaysern und Königen den Ständen mittheilende exemptiones, auf die Ehehaffts-Fälle nicht extendirt, noch verstanden werden sollen / massen solche erste fundation und Privilegium, von allen hernach gefolgten Römischen Kaysern / und Königen / etiam cum caululis cassatoris, derogatoris, & irritantibus, alleranädigst confirmirt, adde *Wehner. in Observ. Practicis voce Ehehafften:* ubi scribit, diese Ehehafften zu Rothweil werden / ungeachtet wider dasselbe ausgebrachte Freheiten / gerechtfertiget / erörtert / und auf abfodern nicht remittirt, noch gewiesen / vide *Reform. Rothwil. part. 2. tit. 5. in princip. fol. 28. B.* Privilegium Maximiliani I. de anno 1496. Gylman. *Symphor. tom. 4. part. 1. vot. 35.* ubi additur, etiamsi privilegium exemptionis in genere omnes causas, quæ vel corpus vel bona subditorum concernunt, includat, illud tamen per speciale posterius, Rothvilensibus anno 1496. cum generali clausula derogandi

COLL

concessum, restringi ad cæteras causas, quæ nomine **Ehehaff-**
ten veniant, quod adductis *Juris & Dd.* locis Referens ibi pro-
bare contendit. Qui verò casus sint qui nomine **Ehehafften**
veniunt, sequenti capite pluribus exponitur. Hic saltem illam
addimus quæstionem: *an privilegia etiam contra Ehehafften*
concedi possint, ac eximi aliqui ex iis, qui territorio isto in quo
Jus dicit Rothwilense Dicasterium, continenter, ut ne quidem in
causis Ehehafften concernentibus, ibi conveniri queant? Roth-
vvilenses existimare videntur hujusmodi privilegia concedi
non posse. Ita enim loquuntur in Memoriali, cujus sæpè
mentionem fecimus: **Die Acta Visitationis und darauf** cum
privilegio Cæsareo ins **Reich** publicirte reformirte **Ordnung/**
geben klar und laut zu erkennen / daß die Exemptiones Sta-
tuum à Dicasterio, nonnisi salvis casibus reservatis, vulgò Ehe-
hafften / zu verstehen: Sintemal alle und iede Stände des
ausgezeichneten Bezircks / mit exemptions-Freheiten ver-
sehen / hingegen aber das Hof-Gericht à primâ fundatione
privilegirt, daß die von Römischen Kånsern und Königen /
etiam cum clausulis, derogatoris, & irritantibus, allergnädigst
confirmirt, auch theils dero dawider gegebenen Freheiten /
auf erfolgte bessere information und Bericht der Sachen /
von selbst revocirt, und cassirt worden. Wie in specie,
Carolus IV. & Fridericus III. Imperatores gethan. Et videtur
hæc sententia probari Privilegio Maximiliani I. quod extat apud
Gylmannum tom. 6. Symphor. cap. 8. & Limnaum lib. 9. cap.
3. §. Item so möchte, & Reformat. Rothvvilensi part. 2. tit. 5.
in princip. Accedit quod jam inde ab anno 1401. duplici ju-
re, Privilegii, & Feudi, hoc Judicium concessum sit Comitibus
de Sultz, & Rothvvilensibus, ut ostendit Correferens
apud Gylmannum tom. 2. Symphor. part. 2. vot. 3. num. 20. Pri-

vilegium autem remuneratorium, concessum subdito, absque
causa Princeps revocare non possit, Gabriel *lib. 3. de Jure quasi-*
to non tollendo concl. 7. n. 2. quod etiam de eo, quo Jurisdi-
ctio conceditur, verum existimat Referens apud Gylmannum
n. 3. saltem catenus, ut digna compensatio subdito danda vel fa-
cienda sit, Gabriel *ibid. concl. 2. n. 25.* Id verò dubio omni va-
cat, Feudalem concessionem sine causa revocari non posse, *F. 21.*
Docet tamen experientia, exceptos esse, etiam ab his causis, ali-
quos, & recenset Wehnerus, qui privilegio etiam contra **Che-**
hastten tuti sunt, *Electores, Domum Austriacam; excepta tamen*
causa denegatæ justitiæ, & Episcopum Argentinensem ejusque sub-
ditos: quibus Speidelius voce **Rothweilisch Hof: Gericht**
adjungit etiam *Ducem Wurtembergensem.* Domini Camera-
les nō satis de hac quæstione convenire videntur. Apud Gylman-
mannum *tom. 2. part. 2. vot. 3.* Correferens, memini, ait, *in causa*
Episcopi Argentinensis, me Referente disputatū, ubi nisi antiquius
fuiisset Privilegium Episcopi contra Chehastten / novissimo privi-
legio Maximiliani, quod Rothwilensibus dederat, ne nimirum
valeant privilegia in futurum contra Chehastten / succubuisse E-
piscopus. Ast apud Iohannem Meichsnerum *lib. 1. Novissimarum*
decis. Camera Imperialis decis. 20. n. 5. Referens, ex privilegiis, ait,
appellatis à Carolo IV. Imperatore concessis, & ab hoc moderno
confirmatis, & auctis, expressè constat, Imperatores voluisse et-
iam in causis. der Chehastten derogare privilegio Rothwilensi ne
Episcopi subditi ullatenus ibi conveniri possint, cū etiam expressam
mentionem faciat Curia Rothwilana, ejusq; privilegiorum s. eci-
sice reservatorum. Cum ergò de Imperatoris privilegium hoc
concedentis mente constet, quæ in privilegiis potissimum conside-
randa, *Rom. cons. 29. cap. quanto. de Privileg.* ipse concludit, *Pos-*
terius Privilegium derogare priori, siquidem ejus speciatim men-
tio

tio fiat, Rom. cons. 327. Cast. vol. 1. cons. 357. n. 1. & ideo, per Episcopi privilegia, priori Rothwilensi esse derogatum. Nos licet malimus hanc controversiam aliorum decisioni relinquere, si tamen quid sentiamus exponendum fuerit, posteriori subscribimus. Imperator enim, in Iurisdictionalibus, ex legitima causa non suo solum, sed & aliorum Imperatorum privilegio derogare potest, vid. Grammaticum decis. 46. n. 2. & 3. Gabriell. 3. de Jure quaesito concl. 6. n. 22. & concl. 7. n. 7. Gylmannum tom. 4. Sympb. part. 1. vot. 33. Atque hoc fieri posse, excepto tamen casu denegatae justitiae, pluribus docet Wehner. in notis ad Reform. part. 2. tit. 5. Rechlinger in discursu de Monarchia tb. 114. Speidelius voce **Rothweilisch Hof-Gericht.**

CAPUT III.

THESIS I.

AD Dicasterium hoc referuntur causae territorii, quo definitur Iurisdictionis illius. Unde part. 2. tit. 5. Reformatio nis Rothvilleusis dicitur: **Daß solches über alle die/so in obbestimmten Unsers Kayserslichen Hof-Gerichts Bezirck geseßen / ordinariam Iurisdictionem empfangen / und dieselbe in allen und ieden Sachen gegen männiglichen** exercit, Stephani de Jurisdic. lib. 2. cap. 3. part. 1. num. 23. in fine, & Tobias Paurmeister de Jurisdic. lib. 2. cap. 7. num. 13. Quod tamen, ut omni ferè concessa jurisdictioni tralatitium est, intelligitur, nisi ipsis verbis Privilegiorum ac Ordinationis, vel aliis legibus, consuetudine, ac praescriptione legitima, causae quaedam reperiantur exceptae, Paurmeister d. l. adde Wehnerum in notis ad Reform. part. 2. tit. 1. fol. 72. Unde consequens est, non solum eo spectare illas, quae sunt Iurisdictionis quam contentiosam appellat Marcianus *Jctus* in l. 2. ff. de Off-

cio Proconsulis, quæque invitos redditur, sed etiam quæ tantum in volentes, & secundum voluntatem eorum exercetur, quamque ibidem voluntariam nominat. vid. Reform. Rothvillens. *part. 2. tit. 6.* & ibi Wehnerum in notis. Paurmeister *d. cap. 7. num. 10.* nec civiles solum, sed & Criminales arg. Reform. Rothvil. *part. 2. tit. 5. §. 13.* **Rothweil alt Hof: Gerichts Ordnung** *part. 6. tit. 2.* Sunt qui præter voluntariam & contentiosam, tertiam jurisdictionem comminiscantur, ipsi mixtam vocant, qua ita jus reddit Magistratus, ut aliquid officii sui extra litem & iudicium contentiosum, in causis, non semper à voluntate eorum quibus jus redditur dependentibus, disponat, ad quem referunt Tutoris constitutionem, edictalis bonorum possessionis dationem, interpositionem decreti circa transactionem de alimentis testamento relictis, de alienatione prædiorum minoris, ac in manumissione quæ fit in minore 20. annis, & arrogatione demum Impuberis: vid. *Donell. 17. Comment. 8.* & *Suthold Dissert. de Jurisd. aphorism. 333.* sed istam quidem mixtam jurisdictionem & Marcianus ignorat, & meliores Acti recte rejiciunt, neque est quod adeo de eâ hic multum solliciti simus.

II.

Atque ita huc rectè referuntur causæ civiles contentiosæ jurisdictionis, velut I. *hereditatum*, ratione quarum etiam Nobiles immediatos ibi conveniri posse testatur Wehnerus in *notis part. 2. tit. 5. fol. 127.* Knipschildt *de Juribus & privilegiis Civitatum Imperialium lib. 2. cap. 33. num. 234.* 2. *Debitorum, Schuldsachen* / in quibus Nobiles tam mediati quam immediati, & alii Status ibi etiam conveniuntur, nisi privilegium obstet, Reformat. Rothvil. *part. 2. tit. 5. §. 24.* & ibi Wehner. Auctor. decis. sive præjudiciorum Cameralium *apud Gyl-*

Gylmannum Sympb. 3. verbo Civitas Imperialis. fol. 75. in fine &
Pensionum & Censuum, Wehner. in notis part. 2. tit. 5. in fin. fol.
133. Meichner. tom. 3. decis. 17. Gylman. Sympbor. tom. 5. voto 4. in
princ. Decimarum, Gylman dict. tom. 5. voto 5. Wehner. in notis
ad part. 2. tit. 5. fol. 133. Pignorationum, Meichner. tom. 2. lib. 1. de-
cis. fol. 855. Arresti, Gylman. tom. 5. vot. 1. fol. 1. Turbationum &
Spolii, Reform. part. 2. tit. 5. §. 25. & 26. & ibi Wehner. *Causa
turbata vel mutata religionis*, propter quas etiam Fiscalis agere
potest. Wehner. d. l. fol. 133. Deinde huc quoque pertinet actus
voluntariæ jurisdictionis, quales sunt, *Adoptio, Emancipatio,
Manumissio, Donationum ac Testamentorum Insinuatio, & obla-
tio, Renunciatio, pacta dotalia, Edictalis bonorum possessio, qua
sine causa cognitione, sine lite & contentione, volenti & petenti
datur.* Sed & huc referuntur, *transactiones super alimentis
in testamento relictis, Arrogationes Impuberum, prædio-
rum, quæ minorum sunt, alienationes, Uniones Prolium, &
Insinuationes hypothecarum, rerum immobilium.* Reform. Roth-
vvil. part. 2. tit. 6. & ibi Wehnerus. Quinimò etiam *causæ Crimi-
nales* hic judicantur, Reform. Rothvv. part. 2. tit. 5. §. 13. Paurmei-
ster d. l. n. 13 ut sunt, *homicidia, latrocinia, incendia, furta, diffi-
dationes* vid. *Rothsveilisch alte Hof- & Gerichts- Ordnung
part. 6. tit. 2.* De causis quoque fractæ Pacis, non tantum in Cu-
ria Rothvvilensi agitur, sed etiam violatores Pacis publicæ, in
bannum declarari possunt. Reform. Rothvvil. dicta part. 2. tit. 5.
§. 13. & ibi Wehnerus, Knipchild d. l. n. 242.

III.

Et in his quidem contentiosæ Jurisdictionis Civilibus
& Criminalibus causis, illi qui exemptionem non ostendunt
ibi conveniuntur. Cæteroquin causæ istæ eo non pertinent,
nisi fortasse causarum reservatarum, *der Ehehafften* / aliqua
sit

fit, aut privilegio exemptionis aliquis renuntiaverit, *arg. l. penult. C. de pactis.* Si tamen specialiter & disertè hoc fecerit; generalis enim renunciatio non sufficit; nec subditus sit, qui sine Domini consensu, fori privilegio renuntiaverit, vid. *Wehner. d. l. fol. 28. & Reinking in enarrat. l. fin. tit. 3. lib. 2. C. n. 33. & seq.* Exemptiones verò hæ, ut evocationi causarum locum faciant, requiritur I. ut privilegia exemptionum Iudicio Rothvillensi à privilegiatis exhibeantur, vel authentica, vel eorum exempla, quæ fidem mereri possint, *Privileg. Maximil. in Princ. d. Reform. part. 2. tit. 4. & ibi Wehner in notis. Meichsner tom. 3. Decis. Cam. 31. n. 27. fol. 996. & seqq.* nisi fortassis antea exhibita sint, & Iudicii Annalibus inserta, aut alioquin Iudicibus his manifesta, *Wehner dict. Privil. Maximiliani I. Meichsner d. l.* Unde Electorum Privilegia, utpote Bullæ Aureæ inserta, & minimè incomperta, insinuatione non egent. *dict. privil. Maximil. vid. Reform. d. l. Leypold. de concurrentia Jurisdictionis quest. 8.* Antiqua ordinatio etiam id requirebat, ut privilegium Imperator, qui Imperio tempore litis motæ præerat, confirmasset, *part. 3. tit. 1.* id quod etiam observat *Wehner. in not. d. tit. 4. in princip. fol. 79.* sed cum privilegia morte concedentis non extinguantur, *arg. cap. fin. X. de precario, & cap. 7. de officio & potestate Judicis delegati in 6to. Enenckel tr. de Privilegiis lib. 3. cap. 2. num. 4. & seqq.* pronum inde est colligere, confirmationem Successoris, non necessitatis, sed consilii & utilitatis esse. *Enenckel. lib. 3. c. IX. Surdus Conf. 419. num. 6.* *Buxtorfius ad Bullam Auream thes. 57. lit. D.* Verior est tertia observatio *Wehneri*, requiri ut avocatio fiat justo & legitimo tempore, & quidem ante, non post litis contestationem, *Wehner part. 2. tit. 5. §. 1. fol. 109.* Præterea receptum est, ut Dominus non tantum justitiam offerat, & administret, sed

sed etiam saluum conductum, **sicheres Geleit** / actori concedat,
Refor. Roth. part. 2. d. tit. 4. nō tamen ut iustitiæ eo ipso illum exi-
mat, sed saltem contra vim securum præstet, arg. **R. A. zu**
Spener de anno 1570. §. **Wir wollen auch**. 72. Denail. *juris Ca-*
meral. tit. Salvus Conductus. 276. n. 5. Formulas salvi Conductus,
& Avocationum, addere instituti nostri non est, & leguntur illæ
apud Wehner. fol. 88. & 98.

IV.

Hæc exemptiones tamen privilegia, etiamsi illis inseran-
tur verba, **umb swas Sachen das swäre** / non comprehendunt
casus reservatos, **die Ehehafften**. Meichsner. tom. 3. decis. 31. n.
4. fol. 992. Gylman. tom. 4. part. 1. vot. 37. fol. 312. De quibus
hoc loco paulo diligentius nobis differendum est. Vocabu-
lum autem **Ehehafften** / ex eorum numero est, quæ plura si-
gnificant. Jure Saxonico sunt legitima impedimenta, **red-**
liche Ursachen / Ehehaffte Noth / quæ excusant à contuma-
cia. Jure enim Saxonum, quando quis citatus non comparet,
& contumax declaratur, non statim causa cecidisse pronuncia-
tur, sed clausula additur, si, se legitimè impeditum, non proba-
verit, post alios Benedict. Carpzov. in *Jurisprud. Forens. part. 1.*
Constit. 9. definit. 3. 4. & 5. sunt hujusmodi præcipuè quatuor
genera, *Captivitas, Aegritudo, Peregrinatio, Expeditio Publica, &*
Servitium Imperii, quamvis his accedunt & alia, velut *Exceptio*
loci non tuti, vis fluminis, tempestatis & c. vid. Carpz. d. l. defin. 7.
Et hoc sensu etiam in veteri Ordin Rothvv. part. 9. tit. 3. 4. & 5.
fol. 270. & seqq. usurpatur, ubi **Ehehafften** sunt, **Kranckheit /**
Befängniß / Belagerung in einem Schloß &c. Ast alio etiam
sensu in iudicio Rothvvilensi sunt casus reservati, & Privilegiati,
qui ad avocationem Statuum exemptorum non remittuntur.
Enatæ occasione hujusmodi causarum graves sæpè in Imperio
F sunt

sunt querelæ, extendentibus vocabuli significationem iudici-
bus Rothvvilensibus. vid. adhuc nuper *Capit. Leopoldi Imper.*
art. 78. ibi: die eine zeitlang wider die alte Hof- und Land-
Gerichts-Ordnung extendirte **Ehehafftsfalle**, restringenti-
bus contra iudicio illi sub hac conditione obnoxiiis. Idcirco
constitutum esse Recessu Comitiorum Spirensium anno 1570.
S. 72. daß niemand wieder habende erimirende Privilegien/
da ihnen (Rothvvilensibus) dieselben einmahl insinuirt, o-
der sonst bewusst seyn/citirt / und sonderlich das Wort **E-**
hehafft / weiters / in specie waserley Sachen darunter be-
griffen / declarirt werden soll. Quod & factum deinceps an-
no 1571. quo Commissarii Imperatoris, Henricus Comes à
Furstenberg & Dr. Johannes Nervius, iussu Imperatoris, insti-
tuta visitatione, & perceptis gravaminibus Statuum, & privile-
giis iudicii hujus, ordinationem antiquam renoverunt, quam
& anno 1572. perfecerunt, ac publicarunt. (Rudingerus 2.
Observ. Juris Cameralis, Observ. 10. publicationem male in se-
quentem annum refert.) In ista nova Reformatione Ordina-
tionis Rothvvilensis, casus reservatos, **die Ehehafften part. 2.**
cap. 5. peculiariter annotarunt; Atque in Camera decilum de-
inceps, nullos casus pro reservatis, **Ehehafften/habendos**, nisi
qui in ista expressi habentur, quomodo iudicatum in causa
Mugspurg contra Ständen. Gylman. vel potius *Author. decis.*
Cam. apud eundem tom. 3. Symphor. verbo **Ehehafften / Weh-**
nerus in Observ. Practicis voce **Ehehafften /** Johannes Rudin-
ger. 2. *Observ. 10.* Ante istam definitionem peti poterant casus
hi ex privilegio Maximiliani I. anni 1496. Rothvvilensibus con-
cesso, ubi tamen non nisi 14. qui primo loco in Reformatione
exprimuntur, recensentur, & imprimis ex transactione Ducis
Wurtembergensis, & iudicii Rothvvilensis, cuius inscriptio,
Herz-

Herzog Ulrich zu Württemberg pro Interesse und Gemeine
zu Bachlingen / contra Conrad Mocker / & ibi enim, quæ sine
Ehehafften perspicue enumerati, tenuisse Dnn. Camerales, non
dumculter aliquis ex Autore *decisionum vel prejudiciorum Ca-*
meralium p. 114. collegerit.

V.

Enumerantur illæ Reformat. *part. 2. tit. 5.* ita, ut sin-
gulis sectionibus ejus tituli, singuli casus contineantur, ad 28.
usque. Nam §. 29. deinde monentur Procuratores, & litigan-
tes, ne in allegatione **der Ehehafften** / fraudem committant, &
inde sumptus & disputationes inanes excitent: §. 30. verò, Ele-
ctoribus jura & Privilegia secundum Auream Bullam reservan-
tur. Sunt autem casus isti, 1. *Si quis in bannum declaratus sit,*
quoque manifestis probationibus liquidum sit. **Welcher ein offner**
verschriebener Aechter / oder ein Banniger ist / und solches
mit genugsamen Brieffen oder Urkunden auf ihn bracht /
oder sonst kundlich gemacht wird. 2. *Si quis ratione litis, cujus*
ergo in judicium vocatus est, beneficio exemptionis, quo gaudere
alioquin poterat, literis sigillo suo probatis, renunciauerit. 3. *Si*
facta remissione, Actori intra legitimum tempus jus non redda-
tur, vel saluus conductus denegetur, aut non transmittatur, aut
transmissus violetur, aut reus sententiæ parere nolit. 4. *Si quis pro-*
scriptos contra prohibitionem Rothwilensis Judicii recipiat, nec
dimittere velit; nisi eosdem recipiendi facultas ex privilegio Im-
peratorio ei sit. 5. *Si res in hoc Dicasterio judicata sit.* 6. *Si contra*
Ehehafften aliquis deliquerit, ejus dijudicatio spectat ad judicium
hoc. 7. *Si quis injuriis Judicium Rothwilense, ac Personas, quæ id*
constituunt, afficiat, aut contra ejus privilegia & jura consuetudi-
ne & usu valida, aliquid tentet. 8. *Si quis Nuntios Judicii Rothwi-*
lensis Decreta & Citationes exequentes, violet. 9. *Si quis illis qui in*

Curia Rothwilensi lites suas prosequuntur vim inferat, illos capi-
at, vel à lite desistere cogat. 10. Si alicui, contra proscriptum,
in alterius territorio deprehensum, Justitiam imploranti, ea de-
negetur. 11. Si quis per fraudem contra ordinationem, & rece-
ptum morem Judicii Rothwilensis, egerit. 12. Si de injuriis gra-
vioribus agatur, modo tamen non civilis actio eo nomine intente-
tur, tunc enim non sunt Ehehafften / quomodo decisum in
Camerâ in causa Straßburg contra Rothweil anno 1538.
7. Februarii, & in causis Bischoff zu Straßburg / contra Hof-
man. Augspurg contra Judē Johensi. Item Augspurg / contra
Jnnich / Juden zu Nürnberg; ac ita conclusum frequenti Se-
natu 15. Januarii 1564. 13. Si quis alterum homicidii, latroci-
nii, incendii, furti, fractæ Pacis, rapine vel diffidationis reum a-
gat. 14. Si Judicium Provinciale, quod Circulo Rothwilensicom-
prehenditur, jurisdictionis suæ terminos excedat. 15. Si quis con-
tumacia causa proscriptus, à banno ea conditione liberatus sit, ut
adversario coram judicio Rothwilensi respondeat. 16. Cause Fr-
scales que contra judicium Rothwilense & Ehehafften faciunt.
17. Si contra Judæum actio instituta sit. 18. Si Judex Ecclesia-
sticus, Judicii Rothwilensis opem, ad banni executionem, implo-
ret. 19. Si is cui concedita executio eam facere detrectet. 20. Si
judicio Rothwilensi ab Imperatoribus Romanis injuncta sit Proce-
ditio & conservatio Privilegii aliquibus concessi, illique conserva-
torium exhibeant, & sibi contra Privilegium molestiam inferri
conquerantur. 21. Si inter Nobiles immediatos Imperii de here-
ditate controversia sit. 22. Si causa sit denegata vel protracta Ju-
stitiæ. 23. Si quis stipulata manu, aut addito Jurejurando coram
Magistratu, ejusque locum tenente, solutionem promiserit, nec
tamen quod promisit prestare velit. 24. Si quis coram Judicio
hoc debitum confiteatur, ac solutionem promittat, eaque promis-
so

No acceptata in Judicii acta referatur, promissis tamen deinde sta-
 te nolit. 25. Vox gewaltsam inter Ehehafften eo casu solum
 computatur, si quis ab alio, ejusque subditis, aut ministris, ipso ju-
 bente, violenter, destinato consilio, vel dolo malo, vel ratione cor-
 poris, vel bonorum, ledatur. 26. Si quis per vim possessione sua
 privetur. 27. Si possessor bonorum controversorum per Edictum
 (in Reformatione vocatur **Beleutung**) citetur, & remissio, abs-
 que nominatione possessoris bonorum, petatur. 28. Si agatur de
 expensis litis aut pro salario, mercede, vel Taxa Cancellaria Ju-
 dicii Rothwilensis, aut Advocatorum. Contra hos casus refer-
 vatos tamen, ut antea monum⁹, excepto casu denegatae justitiae,
 privilegia impetrari possunt, & impetrarunt etiam nonnulli,
 quos nominavimus. Causae Privilegia Imperialia concernentes,
 si de ipsorum substantia controversia sit, vel Jus Principis con-
 tingant, huc non pertinent, Wehner. in notis ad Reform. part. 2.
 tit. 4. fol. 85. in f. & fol. 126. Autor decis. Cameralium apud Gyl-
 mannum Sympb. tom. 3. verbo **Rothweilisch Gericht** in fine, ut
 nec causae Matrimonial's, & Spirituales aliae, quod tamen ad
 quem modum intelligendum sit, explicatur th. 17. Exercitationis
 Jurispubl. de Judicio Aulico, hic habita. Causae Feudales, de quib⁹
 Pares Curiae judicant, recte itidem excipiuntur arg. 2. F. 20. & 2. F.
 39. Cumq; etiam de Jure ac legib⁹ ferendis, deq; Ordine Iudicio-
 rum, nihil Collegio huic reperiatum permillum Reform. Maximili-
 ani, id totum Caesari merito reservatum censetur, Stephan. de Ju-
 risd. lib. 2. part. 1. c. 3. n. 23. & Speidelus in Speculo d. l. Quinimo hoc
 expressè sancitur Reform. Maximil. II. part. 3. tit. ult. §. fin.

CAPUT IV.

THESIS I.

Monuimus jam antea, Dicasterium hoc concessum
 Rothvilensibus, ut fidem illorum remuneraretur Im-
 perator

perator Conradus. Atque ideo id penes eos perpetuo esse vo-
luerunt Imperatores. Sie seyn / verba sunt Privilegii Maxi-
miliani I. von Wenl. König Rupprechten / und Kaysers Siega-
munden / Unsern Vorfahren am Reich / nach Inhalt be-
sonder gemacht : und Freyheit-Brieffe / die sie durch gläub-
liche Urkund und vidimus fürbrachten / löblichen versehen
und begnadet / daß Unser und des Reichs Hof-Gericht /
etwighch bey ihnen zu Rothweil bleiben / und sie / wie vor al-
ter herkommen sey / halten. Idque confirmat illis ibidem :
so lang Bürgermeister / Rath und Bürger zu Rothweil / und
ihre Nachkommen daselbst / als getreue gehorsame Unter-
thanen bey Uns / Unsern Nachkommen Röm. Kaysern und
Königen un dem H. Reich Gehorsame halten : Constituit qui-
dem Imperator Conradus etiam , ut habent verba foundationis,
esse hoc Tribunal post Aulicum Imperatoris iudicium dignitate
proximum, daß es das nechst und würdigst Gericht seyn solt
nach dem Hof-Gericht / das ein Römischer Kaysers oder Kö-
nig in seinem Kaysersl. oder Königl. Hof hätte / als wenn es
noch an dem Kaysersl. Hof gehalten würde. Et Rothvilen-
ses anno 1496. in literis supplicibus illud appellant, das oberste
Gericht in Teutschland. Sed recte notat Wehnerus in Obser-
vat. Practicis , voce Rothweilisch Hof-Gericht huic præcel-
lentia Maximilianum Imperatorem derogasse, & Cameram Spi-
rensem ei præposuisse, ita ut hodie post aulam Cæsaris, proximus
locus Cameræ, & tertius Dicasterio Rothvilensi debeat. vid.
procem Maximil. ad Reform. Rothvilensem. Sanè Cameræ
iudicium in Ord. Camerali *part. 1. tit. 3. in princ.* vocatur das
oberst und lezt Gericht im Reich / & nuper in R. A. zu Re-
genspurq *anni 1654.* ab Imperatore & Statibus appellatur, Unser
höchstes Gericht : S. Als auch / 161.

II. Or-

Ordinationes, secundum quas Rothvvilenses ius reddunt, duæ editæ sunt, quæ quidem nobis innotuerunt, Una quæ hodiè vocatur Antiqua, **Rothweilisch alt Hoff = Gerichts Ordnung.** Altera, quæ recentior est, & inscribitur Reformatio Rothvvilensis. Posterior illa hodieque in usu est, tempore Maximiliani II. [cum id desiderassent Ordines Imperii in Comitibus anni 1570.] anno 1572. per Commissarios Imperatoris, Henricum Comitem Furstembergium & Dr. Johannem Nervium, ex antiqua Ordinatione maximam partem, additis tamen quæ desesse, & explicatis quæ obscura videbantur, confecta, ac in Imperio promulgata. Eam pro norma habent iudex & Assessores Rothvvilenses, idque se facturos solenni iuramento promittunt. Vid. Memoriale Deputatorum §. **Solch frenuhrast ic.** Extant in illam Commentarii Pauli Matthiæ Wehneri, quibus quanta sit in ipsa etiam Imperiali Aula autoritas, eo argumento colligere est, quod Beloldus Thesauro Practico, voce **Rothweilisch Gericht**/commemoratur, cum nostra ætate S. Cæsarea Majestas, certis quibusdam personis, Reformationem hujus Dicasterii commisisset, iussit de ea Commentaria quasi loco mandictionis ipsis esse debere.

De Processu Tribunalis illius extat, publica in Recessu Imperii Spirensi anni 1570. querela §. **Und nachdem 72.** ubi reprehenditur, **daß kein ordentlicher Proceß daselbst mehrertheils gehalten werde.** Aliis tamen Processus Rothvvilensis, longè promptior ac brevior Camerae Processu est, Reformat. Rothvvilensi *in proæm.* quamvis stylus ejus in plerisque cum usitata Camerae procedendi ratione conveniat. Leypoldt *de concurrentia Jurisdictionis cap. 8.* Explicatur

for autem ferè omnis processus illius modus, in ipsa Ordinatione, quæ causa est, ut hic sufficiat tanto parcius, quæ eo spectant, & saltem præcipua capita, attigisse. Causæ huc deferuntur, vel in prima, ut vocant, vel secunda instantia, quod Practici barbare appellant, *deferri per viam simplicis querelæ, vel per viam Appellationis.* Potest enim à Tribunalibus inferioribus ad Curiam Rothvvilensem appellari, Simlerus in *descriptione Helvetiæ fol. 124.* Wehner. in *notis ad Reform. part. 3. tit. 17. fol. 185. in fine.* Reconventiones etiam, si ante litis contestationem instituantur, locum habent: *Reform. Rothvvil. part. 3. tit. 12.* Ruland. *de Commiss. part. 4. lib. 8. cap. 7. num. 16.* ubi monet etiam reconventioni post litis contestationem aliquando locum esse, *Ordin. Camer. part. 3. tit. 3.* Wehner *add. tit. 12. fol. 171.*

IV.

De avocatione ejusque modo jam præcedente capite quædam delibavimus. Hic illud saltem addimus, si Privilegiati Rothvvilam citentur, ac ibi conveniantur, illos ibi privilegium exemptionis opponere, sin autem eorum subditi, jus avocandi habere, & remissionem petere, *Reform. Rothvvil. part. 2. tit. 4.* & ibi Wehner. *fol. 79. vers. Et qui ita.* Subditi ergo Ordinum Imperii privilegio munitorum, citati comparere debent, saltem ut privilegii mentionem faciant, *arg. l. 2. Et ibi Dd. ff. de in Jus vocando.* Dn. Mylerus *in addit. ad Rumelin. A. B. part. 2. Dissert. 1. concl. 6.* Diversa tamè ratio est, qua Electores & alii Status subditos suos avocant: illi per schedulas apertas, quod privilegia illorum, utpote Bullæ Aureæ inserta, manifesta sint; hi verò solenniori ritu, ac literis, quibus privilegia, vel authentica, vel eorum descriptiones fidæ dignæ, includuntur: promittunt autem, se actori & salvum conductum lubentes concedere,
& jus

& jus ac justitiam, intra sex septimanas & tres dies administrare velle, nisi aliud prolixius temporis spatium privilegium illis indulgeat: Reform. Rothvil. *part. 3. tit. 1.* Leypoldt *de concurrentia Jurisd. cap. 8.* An autem a vocationi locus sit vel secus? Rothvilense Tribunal cognoscit: Reform. Rothvil. *part. 2. tit. 4. vers. da aber des Kläger.* Quod si iusto tempore non sit facta avocatio, illa denegatur, ac parte, post trinam citationem, nihilominus contumace existente, sequitur demum contumaciæ declaratio, & præmissio edicto (Reformatio voca. **Be-seitung**) decernentur **Achts- und Anleit-Brieff / & Processus** Executoriales, **erlangt Recht und Schirm-Brieff**; vide, post Gylmannum & Meichnerum, Leypoldt *d. 1.* Post banni declarationem, insinuatio privilegiorum, & avocatio, frustra, ad effectum impediendi jurisdictionem Rothvilensem, in illa quidem causa in qua decretum bannum est, fieri solet: Gylmann. *tom. 4. Symphor. part. 1. vot. 35. num. 12.* ubi additur sententia Dnn. Cameralium *in causa T. contra Episc. C.* Quod si remissio desiderata inique denegetur, ad Cameram provocari potest, ubi facta simul fide maturæ insinuationis Privilegii, inhibitio adversus Rothvilense iudicium decernitur. Ord. Rothvil. *part. 2. tit. 4.* Leypoldt *d. 1.* cujus illam ibi rationem addit, sed ex Autore non satis idoneo, quod Rothvilani faciles sint ad pronuntiandum se competentes: quod suo loco relinquimus. Sententiæ verbis paucissimis concipiuntur: vid. apud Meichnerum sententiam latam 15. Aprilis Anno 72. ubi remissionem propterea negant, quod casus relevatus sit. **Diesweil die Sach / verba sententiæ sunt, Injuri, und also sonderbahre Ehehafften betreffen thut / so weist man sie nicht.** Si a sententia non appelletur, ea transit in rem iudicatam, & Executioni mandatur: Reform. Rothvil.

G

part.

part. 2. tit. 19. & part. 3. tit. 18. quæ committi consuevit Sta-
tibus Imperii, & aliis quoque qui obsequium iudicio debent:
Author. *decis. vel præjudiciorum Camera, verbo sententia inter-*
locutoria. Wehner. *add. Reform. part. 2. tit. 5. §. 19.* nisi iustæ
causæ sint, quæ excusent eum cui commendatur executio, ut-
pote, si ei in quem facienda est executio, viribus æqualis non
sit: *Ord. Cam. part. 3. tit. 48. §. und also /* aut si sententia nul-
la sit, *arg. l. 4. §. 6. ff. de Re Judicata.* Qui in bannum à iudi-
cibus his declaratur, is ne quidem ab ipso Imperatore, invito A-
ctore absolvi potest; vid. privilegium Maximil. de anno 1496.
ibi: **Wer anch an denselben Unfern und des Reichs Hof-**
Gericht geachtet worden / daß sie weder Wir / noch Unser
Nachkommen Römische Känser / oder Könige / von derselben
Acht nicht absolviren / oder deren erledigen sollen / dann mit
des Klägers Willen.

V.

Appelatur à iudicio Rothwilenfi ad Cameram, R. A.
zu Spener *de anno 1570. §.* Und nachdem Uns fürkommen
72. ibi, daher auch viel Appellationen an Unser Känserlich
Kammer-Gericht erwachsen / auch die Proceß und Urtheil
vielmahl cassirt werden. *Reform. Rothwil. part. 3. tit. 17.* Et
Capit. Leopold. Imp. *art. 18.* ubi ista leguntur: einem ieden
guavirten soll frey stehen / von mehrerwehnten Hof-Gericht /
entweder ad aulam Cæsaream, oder ans Känserlich und des
Reichs Kammer-Gericht zu Spener / ohne einige Unse-
Widerrede oder Hinderung zu appelliren, *Gail. 1. Observ. 40. n.*
4. ubi, quotidie ad Cameram à Iudicio Rothwilenfi appellari, scri-
bit. vide ejus exempla apud Meichnerum lib. 1. decis. Cam. De-
cis. 20. Gylmannum Symph. tom. 2. part. 2. vot. 3. adde Weh-
ner. tom. 6. Symph. apud Gylmannum cap. 8. n. 2. & passim. Et
Camera

Camera Imperialis est in possessione inhibendi contra iudices Rothvilenſes, ac sæpè inhibitiō decernitur, ne ad executionem & viam facti irreparabilem procedant: Wehner. *in not. ad Reform. Rothwill. part. 1. tit. 1. fol. 4. in fin.* Author. Decis. Cam. apud Gylmannum *tom. 3. verbo Rothweil.* Quod si hæc appellatio à sententia definitiva ejusque vim habente, interponatur, etiamsi Camerales inhibitionem non decreverint, Rothvilenſe tamen iudicium ultra non procedit: dict. *tit. 17. §. penult.* Blumius *Process. Camerali tit. 45. n. 15.* In appellationibus autem à simplici interlocutoria interpositis procedere permittitur, usque donec inhibitionis decretum insinuetur. *d. tit. & Blumius d. l.* Nec ad Cameraſolum, sed propter concurrentem ejus cum iudicio Aulico, **dem Reichs-Hofrath** / jurisdictionem, etiam ad illud à iudicio hoc appellatur, Blumius *d. l. n. 26.* quod & disertè confirmat *art. 18. Capit. Leopoldi Imp.* Imo ad hoc solum, propter danegatam vel pertractam iustitiam, nullitatem admissam, & iudicis recusationem, pertinere cognitionem, quod Imperator, quoad appellationem, in quâ Camera cum eo concurrit, saltem suo iuri renunciaverit, renunciatio autem stricti juris sit, strictamque interpretationem recipiat, existit at Wehner. in *Observat. voce Rothweilisch Hof-Gericht* / quem sequitur Blumius *Processu Camerali tit. 45. n. 22.* De Sigillo quo Tribunal hoc utitur, tempore Interregni, Vicariatus vulgo vocant, vid. Hoppingk *de Jure Sigill. c. 5. n. 58.*

VI.

Superest, ut definamus circa ea quæ de Abolitione Dicasterii hujus acta in Imperio sunt. Frequentes fuisse Ordinum Imperii contra Tribunal hoc querelas, jam antea monuimus, quod imprimis prætextu **der Ehehafften** eo vocarentur causæ quæ minimè pertinerent; sed & huic malo me-

telam afferre tentasse Maximilianum II. Imperatorem, Nova
Reformatione Ordinationis antiquæ edita; & tum quidem vi-
sum negotium hoc esse compositum, explicato vocabulo illo.
Cæterum non multo post repetitæ Statutum querelæ, ac effe-
ctū adeò est, ut infererentur Capitulationi Matthiæ Imperatoris,
quod hætenus factum non erat, *art. 16.* quæ addimus. **Nach-**
dem die Chur-Fürsten des Reichs ic. nicht allein in Krafft
der gülden Bull / sondern auch durch andere hohe Privilegia,
vor allen frembden / zusehender aber dem Rothweilischen Ge-
richt / so wol für sich / als ihre Unterthanen / und Zugewand-
ten gefrenet seyn: Nichts desto weniger aber durch dessel-
ben Hof-Gerichts-Proceß / ie zuweisen dero Unterthanen
molestirt werden / wollen in alle weg versehen / daß solches
ben gedachten Hof-Gericht abgestellt / und da hinfürò eines
oder andern der Chur-Fürsten Unterthanen un Zugewand-
ten mit dergleichen Proceß fernere molestation geschehe / daß
sie nicht allein die Proceß nicht annehmen sollen / sondern
auch die Chur-Fürsten / die jenige / so über Verwarnung / der
insinuation solcher Proceß nicht müßig gehen wollen / mit
straffen ansehen mögen und sollen. Idem repetit. Capit. *Fer-*
dinandi II. art. 14. & Ferdinandi III. art. 17. Atque ista grava mi-
na in Comitibus Ratisbonensibus anni 1641. §. übrige übergeben-
ne Memorialia, ibi, als in specie das Kaysrl. Hof-Gericht zu
Rothweil ic. repetita constat. Instrumento deinde Pacis Cæl.
Suscico ista constituta sunt *circa finem art. 5. §. 20.* Deniq, cum et-
iam de abolendis curia Imperiali Rothwile, Judiciis Provinciali-
bus Suevia, & aliis hinc inde per imperium hætenus usitatis,
mentio injecta fuerit, resq, hæc gravioris visi sit momenti, de his
quoq, ulterior deliberatio ad proxima Comitibus remissa esto. Et est
ejus rei etiam mentio in Capit. Ferdinandi IV. *art. 15.* verba
sunt.

lunt. Als auch von Chur-Fürsten / Fürsten und Ständen
schon von langen Jahren hero / so wol wider das Känserliche
Hof-Gericht zu Rothweil als das Weingartische und ande-
re Landgerichte in Schwaben allerhand grosse Beschwerd
vorkommen / auf unterschiedlichen hiebevorigen Reichs-
Conventen angebracht und geklagt / dahero auch im Frie-
densschluß deren abolition halber allbereit Veranlassung ge-
schehen so wollen Wir / auf den Fall / auf den ietzt instehen-
den Reichstag (als dahin es im ermeldten Friedensschluß
verwiesen) kein beständiger Schluß darinnen gefast / oder
von der iezigen Känserl. Majestät und Lübd. die Besserung
nicht verschaffet werden solte / künfftig unfehlbarlich daran
senn / daß solchen der Ständen Beschwerden / würcklich aus
dem Grund abgeholfen werde / unterdessen aber der Chur-
Fürsten und ihren Unterthanen von Alters her gebrachte
Exemption, von vorberührten Rothweilischen Gericht / bey
ihren Kräfte / in alle wege erhalten / und darwider nicht tur-
biren noch beschweren lassen.

VII.

Cæterum cum istis Comitibus, anno 1653. in confessa
Principum ante electionem Regis Romanorum, urgeretur
abolitio iudicii Rothvvilensis, eoque nomine res collegio
Electoralis commendaretur, Comes Sultzensis, & Senatus
Rothvvilensis, per Deputatos suos peculiari libello, ipsi Me-
moriale vocant, Ordinibus exposuerunt, in Instrumento
Pacis Cæsareo Svecico art. 8. §. Tam in universalibus &c. *Li-
beris Imperii Civitatibus non minus quam cæteris Statibus ma-
nere intacta privilegia, Regalia, Jura:* nec existimandum ideo,
modo de causa exactè constitisset, Paciscentes & Imperii
Ordines, Comiti Sultzensi, aut Civitati Rothvvilensi pro-

pter benemerita concessa privilegia, & donationes, ademptu-
ros, imprimis quod eo nomine Matriculæ Imperiali quid ampli-
us, tam Comes quam Civitas inferat, ac ille Feudum etiam
perpetuum, dignitatem iudicis ac Præsidis acceperit: & pu-
gnare demum cum naturali ratione, si Imperator dum sua Sta-
tibus jura confirmat, priorum jacturam faciat: quod fieri
ajunt, si iudicium hoc, utpote Imperatoris proprium, interci-
dat. Addunt, se magna religione observare Reformationem
ultimam, nec juris dicendi facultatem, de causis quæ ibi non
exprimuntur, sibi vindicare. vid. Memoriale illud apud Li-
mæum *in add. rom. 2. ad lib. 9. cap. 3. n. fin.* & Speidelium voce
Rothweilisch Hof- Gericht. Post illa tempora ibi jus ad
hunc usque diem dicitur. Anno tamen 1658. mense Aprili, Sta-
tus Imperii in monitis ad Capitulationem Leopoldi art. 15. in-
seri petunt ista: **Es sollen nunmehr und ins künfftig / Chur-
Fürsten / und Stände / sampt dero Angehörigen / des Kân-
ferlichen Hof- Gerichts zu Rothweil / wie auch des Wein-
gartischen und andere Land- Gericht in Schwaben / defren-
et / ermeldte judicia aufgehoben / auch Chur- Fürsten und
Stände sampt den Ihrigen zu parirn nicht schuldig senn.**
Et Status Evangelici ad eundem articulum deliderant, daß
diesem beschwerlichen Wesen / vermittelst desselben gänzli-
cher abolition, würcklich und aus dem Grund abgeholfen
werde. Inde est quod Leopoldi Imp. Capit. art. 18. postquam
nonnulla ad eum modum, quo illa in Ferd. IV. Capitulatione
leguntur, repetisset, porrò in hanc sententiam pergit: **Wie
swollen immittelst / biß solchen der Ständen Beschwerden
würcklich aus dem Grund abgeholfen / und von der abo-
lition erst berührter Hof- und Land- Gerichten auf den
nechsten Reichs- Tag ein gewisses statuirt werde / offen-
bahre**

bahrlich daran seyn / daß die eine Zeit hero wider die alte Hof- und Land-Gerichts-Ordnung extendirte Ehehaffts-Fälle abgethan / und die dabey sich befindende excessus und abusus, zu welcher Erkündigung Wir ohn interessirte Reichsstände ehest deputiren wollen / förderlichst aufgehebt / sonderlich aber Chur-Fürsten und Stände bey ihren darwider erlangten Exemptions-Privilegien / ohngeachtet solche cassirt zu seyn vorgewendet werden möchte / handgehabet werden. In illis, quæ hodieque durant Comitibus, nobis non innotuit ali quid amplius de abolitione illius actum, nisi quod in scripto nisi quod sub nomine der Erinnerungen/nach welchen die iezige Käyserliche Capitulation, zu einer gewissen und beständigen Wahl-Capitulation nach Inhalt des Friedenschlusses / einzurichten/ extat in Diarii Europæi parte 11. ad mensam Februarium ann 1664. Capitulationis articulum 18. Verficulum So wollen Wir, ita concipiendum existimant, Autores Monitorum: Es sollen Chur-Fürsten und Stände sampt dero Angehörigen / oberwehnten Käyserl. Hof-Gerichts zu Rothweil / wie auch des Weingartischen und andere Land-Gericht in Schwaben besreyet / ermeldte Justitien aufgehoben / auch Chur-Fürsten und Stände sampt den ihrigen zu pariren nicht schuldig seyn. Id tandem adjicimus, intercedere Rothwilenibus iolenne cum Helvetiis foedus, sancitum, anno 1463. & renovatum Anno 1519. quo promittunt Helvetii, si iudicium illud, excepto casu, quo Rothwilenes ob denegatum Jus & Justitiam eo se indignos reddiderint, illis aliquis auferre conetur, quod si ipsi eosdem contra omnes injurias & impetus quorumcunque defendere velint, vid. Wehner. in princ. Comment, ad Ord. Rothwil. Unde,

an

an abolitio ista penitus in expedito sit? Prudentiorum iudicio relinquimus. Atque ista nunc quidem de Dicasterio isto sufficient.

F I N I S.

Corollaria.

1. Procuratorem in alterius animam jurare posse statuimus.
2. Juramentum etiam sine verbis prestitum efficacem inducit obligationem.
3. Juramenta de actu & negotio quoad jus positivum invalido prestita, ipsum negotium & actum validum atque obligatorium haut reddunt.
4. Morte creditoris cui aliquid jurato promissum obligatio juris jurandi non exstinguitur; sed ille qui juravit, si non aliud fuerit actum, nec promissi natura aliud suadeat, etiam jurisjurandi religione tenetur promissum illius heredibus prestare.
5. Juramenta quamvis vi metus sint extorta, ipso jure tamen non sunt plane nulla.
6. Juramentum latroni pro vita redimenda prestitum potius servandum quam negligendum esse putamus.



Handwritten blue ink scribbles or initials, possibly "M" or "N", located in the lower right corner of the page.

